FRANCISCI PVGNANI

I.V.D. ET PISIS IN ALMO GYMNASIO
Iuris Ciuilis Interpetris, ac Sancti Officij
Consultoris.

*In L. Ex hoc iure gentium ff. de Iustitia, & iure
Repetitio nunc primum in lucem edita.*

In qua multa vtilia tum in foro fori, tum in foro Poli pleraq; scitu necessaria, & aliqua curiosa, nouaq; quodammodo continentur vna cum Rerpertorio generali rerum Notabilium.



FLORENTIÆ.

APVD COSMVM IVNTAM. 1614.
Superiorum permissu.

ILLVS.^{MO} ET REVER.^{MO}

D. D. COMITI

PAVLO TAVRELLO

Vtriusq. Signat. Referendario Apost. &c.

FRANCISCVS PVGNANVS PISANVS, S.P.D.

DVABVS præcipue rationibus ea apud omnes recepta est consuetudo, atq; præscripta, vt labores suos, & vigilias quas ad totius Reip. commodum, & vtilitatem conuertunt, eas alicui præclaro, atq; Eximio viro dicent, ob cuius splendorem, & clariores, & quodammodo tutiores reddantur, & gratos pro beneficijs acceptis postquam aliter per eos fieri non potest se demonstrent, quæ mihi omnia necessaria in huius repetitionis editione nemo est qui non cognoscat, & certe nobilitate, autoritate virtutibus, atq; excellentia cumulatissimum te Illustriss & Reuerendiss. Comes elegi heroem, vt splendidissimo,

ac nobilissimo nomine paruas hos labores tibi dicatos, munitos, tutosq; simul a maleuolis haberem, idq; magis per me faciendum esse censui, cum eximios fauores, ampla beneficia, gratiasq; vberes in me collatas, & a te, & ab Illustriss. Comite Francisco Taurello Fratre perspexi, & certe cognosco quantum debeam, sed vtinam, & id cognoscere mihi daretur, quo possem illis omnibus satisfacere, non enim vires mea capiunt tantarum rerum compensationem, vnde talis apud me residet opinio, vt grato animo, gratum animum meum sis accepturus, quo aliquando similes Heroes contenti fuerunt pro beneficijs in alios collatis, sic enim dubio procul per te fieri significat tua incomparabilis, & peculiaris quædam benignitas, atq; clementia, qua ego in dies fruor. Accipe nunc quæso munus hoc animi erga te mei aliquod argumentum; accipe: vt in eadem voluntate te mihi auxiliandi collocatum ostendas, & fælix, ac incolumis Diu, multumq; viue. Pisis.

Angelus Fauilla Florentinus I. V. D. & Pisis I. Ciuilis publicus Interpres.

Ad Lectorem.

QVI cupis Astreæ dulces excerpere fructus;
Millibus è cunctis hunc tibi sume ducem.
Mille quod hic pandit Clarè vix tradere possunt,
At quod mille docent perdocet hic breuius.

Caroli Friderigi de Lanfranchis Pisani.

Ad Authorem.

ACCIPE quam fecit Pallas PVGNANE Coronam,
Atq; ob virtutes porrigit ipsa tibi.
Vna manet Saturnia Iuno, ac Magnus Apollo
Te extollunt Doctum laudibus eximijs.

Carolantonij Brosij Florentini Carmina.

O Totum memorande, Auctor Pugnane, per æuum.
O opus, ò solido verba notanda cedro,
Iam taceat, magnos expulcra Astræa, solones
Nec tollant Rutuli, iura Quirina, viri,
Quisquis tuas memoret, tollatq; ad Sydera leges,
Nil præter possit, quaq; Camœna loqui,
Claraq; dum superis errabunt Sydera regnis,
Nestorea æternum tempora viuat opus.

Ad

Ad Authorem.

Iacobus Marsilius a S. Geminiano.

DVM celebri Pugnane doces perpendere pugna
Quo, vi vim, liceat, pellere iure, modo,
Vnum non seruos ciuem, sed millia passim,
Aurea danda tibi est, querna corona minus.

Ad Eundem.

Io. Batista Mannius Florentinus.

TVSCIA te laudat; fama breue Tuscia limen,
Gloria cum meritis nulla sit aqua tuis.
Hetruria celebrans vrbes celebrabit, & Orbis
His modo qua mandas scripta voluminibus.

FRANCISCI PVGNANI
I. V. D. PISANI

Et in Patrio almo Gymnasio Interpetris, ac Sacræ Inquisitionis Consultoris.

REPERTORIVM GENERALE

Complectens omnia quę in hac Repet. l. Ex hoc iure ff. de Iustit. & iure continentur principaliter.

Primus numerus membrum, secundus numerum, demonstrat.

Quid

C

Clerici

Mune

FINIS.

FRANCISCI PVGNANI
I. V. D.

Pisis in Almo Gymnasio iuris Ciuilis interpreti, ac Sacræ Inquisitionis Consultoris Repetitio.

In L. Ex hoc iure gentium FF. de iustitia, & iure.

SVMMARIVM.

PRIMVM MEMBRVM.

LEX HOC IVRE GENTIVM. Verbis non me extendam ad demonstrandum quantum vtilitatis explicatio legis nostræ sit allatura, cum ex materia de qua in ipsa agitur

satis superque constet: Hanc enim tum priuatis, tum publicis personis iubentem quisque apertissime videt cum dicat, ex iure gentium in ea contenta emanasse, & prouenisse, quibus in ea contentis nihil vtilius, quia nihil frequentius dici potest. & huic legi, mihique iniuriam facere viderem si huius materiam commendare vellem cum latissima sit, necessaria, subtilis, & fere totum ius ciuile, & canonicum simul complectens: Pulcherrima lex hęc est licet breuiter a paucis interpretata, omnibus tamen, & in foro fori, & poli quoque necessaria explanatio, quam incipio, Sanctissimę Trinitatis gratia prius implorata, explicare dictionis, quę tantum vtilitatis aliquem, vel maximum non solum in foro fori, sed etiam in foro poli legentibus fructum tradere possint.

1 Ordo hic erit seruandus. Prius aliqua præmittam ad maiorem legis nostrę declarationem, quæ deseruient, etiam ad declarationem priorum verborum legis nostræ, deinde secundū ordinem positum a I. C. super singulis verbis, & oppositiones, & interpretationem faciemus, quęstionesque examinabimus, quę nobis occasionaliter passim occurrent, hoc enim corpus legis nostrę sicuti ex pluribus verbis constat, ita in plura membra, & lex, & repetitio nostra diuidetur.

2 Duo itaque tantum præmittam ad huius legis nostræ faciliorem intelligentiam, aliqua vero alia, quæ præmittenda viderentur relinquens inferius explicanda.

Primo itaque loco præmitto, quod dictio Ex principium temporis denotat l.1.§.dies de libe.agno.l.1.§.annum ibi not. Bart.ff. de iti.actuque pri.l.non dubium ibi Ias.C.de leg.

3 Hinc quæritur stante statuto, quod ex homicidio non profit pax ad pacem scilicet minuendam an habeat locum in mandantem fieri homicidium, & videtur dicendum quod non.

Primo loco quia dictio Ex, denotat causam proximam, & immediatam.

4 Quia dictio De, & Ex, eiusdem sunt naturæ, vt bene Ias. dicit in hac l.nostra in prin.ex enim causam proximam significat l.cum filius.§.hęres meus, & ibi Bart.& Paul.de Castr. ff.de leg 2.Bart. in l.ex placito.C.de rer.permut.idem significat dictio De Docto. communiter in rub.ff.si cer.pet.sed videnda est aquiparatio in l.1.ff.de incen.Rui.& Nau.sed est communis opinio statutum illud De percussionibus sanguinolentis non possit fieri pax, in eum qui dederit pugnum non habere locum, etiam si ceciderit

in terram qui accepit pugnum, & sanguinem effuderit, ac sparse rit cum lapidem offenderit, & de hac cõmuni testatur Bar. S. If. in l. de pecoribus. ff. ad l. Aquil. sequitur Decius in 3. notab. in d. Rub. ff. si cert. pet. Cagnol. ibidem versic. 3. vocat communem nam dictio De significat causam proximam ergo, & in casu nostro idem esse deberet cum De, & Ex idem significent, & eiusdem sine naturæ pro vt dixi. & pro vt demonstrat Bart. in l. ait prætor. §. quod de fructibus. ff. de bon. aut. iud. poss. in fine.

3 Adducitur tex. in l. qua actione. § proinde. ff. ad l. Aquil.

4 Doctrina valde notabilis Paul. de Castr. in l. 1. versi. 8. ff. de seruis. Inq. quod ille qui mandat fieri homicidium, non debet puniri tanquam homicida, ergo debet prodesse pax ipsi qui mandauit.

5 Adducitur tex. in l. sæpe in fine ff. de verb. signifi. ita, & a simili statutum non debet habere locum.

6 Adducitur doctrina Bar. in l. si quis iniquũ §. ƒ procurator vers. 1. ff. quod quisque iuris ibi qui mandat non videtur proprie facere, ergo non debet comprehendi sub statuto cum non faciat proprie homicidium, idem dicit Bart. in l. sed si vsus §. seruus meus versi. 2. ff. de iniur.

7 Adducitur pro eadem opinione. §. illud quoque inst. mand. ergo videtur mere prouenire ab ipso cum mandatum nullam vim habeat.

8 Quia tenetur iste de mandato, & non de homicidio, nam si mandauero tibi quod aliquid facias habebis contra me actionem mandati, vt ex toto tit. ff. mand. colligitur.

9 Adducitur gl. in l. non solum in princ. quam refert Bart. ibidem ff. de iniur. scilicet quod statutum loquens de faciente non porrigitur ad fieri facientem.

10 Per reg. quod qui per alium facit per se ipsum facere videtur, ergo si videtur qui fecit in statuto tantum comprehenditur.

4 Sed non desunt argumenta pro contraria parte, & quidem fortissima, quæ nunc in medium proponemus.

1 Itaque loco adducitur tex. in l. si quis id ff. de iurisd. om. iud. ibi facere, & mandare fieri æquiparantur.

2 Ex l. non solum §. si mandato meo. ff. de iniu. & ibi Bart. not. versi. 3. late Farinacc. pract. crim. lib. 3. de var. & diuer. crim. qũ. 105. Inspect. 3. vers. 90.

3 Ex Doctrina Bart. in l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. ibi qui delictum fieri mandat ex delicto punitur, sic ẽt erit in casu nostro.

4 Ex l. si sciente ff. de Parricid.

5 Nam mandans est irregolaris sicuti mandatarius licet expresserit in mandato non occidas facit tex. in cap. fi. de homic. in 6. Bald. in l. cum mandati C. mand. in fine. Gram. consi. 20. vers. 1. Cepol. consi. 30. Sed hoc verum est quod si esset in potestate mandatarij non excedere mandatum, vt si mandaui tibi, vt pugno Titium percuteres, tu vero armis percussisti, tunc enim pœna homicidij non teneor Bald. in d. l. cum mandati, declarat Iacob. de Graff. Decis. aut. p. par. lib. 2. cap. 64. vers. 13.

6 Argumen. de maiori ad minus, nam ille qui tacite mandauit tenetur ex homicidio, ergo multo magis qui expressè, vt in casu nostro, maior probatur, quidam dixit famulo suo domum non veneris, donec aliquid noui non audiam, si famulus fecerit homicidium dominus ex homicidio tenetur, quia ex. in cap. fin. de homic. in 6. non solum procedit in mandaro expresso, sed etiam in tacito, est & c. tex. in c. ex litteris vers. auditis de excess. prael. de communi testatur inter alios Couar. in c. vnico. §. 1. vers. 3. de homicid. & idem Iacob. de Graff. vbi supra tenet, si ex homicidio debet puniri, ergo pax non proderit.

7 Quia consentiens fieri homicidium tenetur ex homicidio non solum quo ad pœnam, sed etiam quo ad interesse partis læsæ. si quis viduam dist. 50, Dec. in c. 1. versi. 9. Didac. par. 1. §. 13. versi. 1. de reg. iur. in 6. Iacob. de Graff vbi supra, ergo multo magis mandans cuius causa factum est homicidium, secus est si dominus, vel princeps mandaret cum periculo mortis si eum non occideret, & ad hoc late Farinacc. Pract. crim. de pœn. temperand. q. 97. casu 9. versi. 162. vbi de seruo, at de principe vbi supra. q. 97. casu. 1. per totum.

8 Ego autem non aliter concludendum esse puto prout claris tex. patet ipsa veritas, nisi quod statutum hoc habeat locum etiam in mandante fieri homicidium. Neque obstat quod dicebamus in argumentis pro contraria parte.

Primum non obstat, quia dictio Ex aliquando remotam quoque causam significat, quare non verificatur semper, & ideo non possumus ab ea argumentari prout significanti semper causam proximam, cum, & remotam aliquando significet, vt bene demonstrat Bart. in l. pretor ait §. quod de fructibus versi. 2. ff. de bon. aut. iud. poss.

Neque obstat secundum argum. nam De, & Ex, eiusdem sunt naturę, quatenus vtraq; dictio pōt significare causam proximam.

Nec

Nec tertium quia non est damnum cum iniuria ideo non tenebatur l. Aquil.

Nec quartum, nam habet locum quando mandatarius alias erat facturus vt ex seqq. verbis Paul. bene colligitur.

Nec quintum, quia ea quæ habentur in all. l. verificantur in casu nostro, Consilium, & quidem peruersum; ac in ipsum fuit, nam homicidium factum est, & ideo potius retorquetur cum omnia illius tex. verificentur.

Nec sextum, nam verum est quod non videtur proprie facere, sed tamen non tollitur, quod ille qui est causa causæ, non sit causa causati, sed iste fuit causa causæ, quia mandauit, ergo, & causa causati, & ideo quia dedit operam rei illicitæ debet teneri ad omne quod sequitur c. vlt. de homicid. in 6. & sic ex homicidio si ex homicidio tenetur pax non poterit prodesse.

Nec septimum, quia apparet quod tua causa fecerit, & tua gratia, & ideo si non tenereris sequeretur vt inferius dicatur.

Nec octauum, nam tunc procedit reg. quod actio sit inter mandantem, & mandatarium quando res est honesta, vt in tit. Inst. mand. secus vero quando res est turpis §. illud quoque Inst. mand. ideo non possumus agere ex mandato, quia mandatum est nullum, agetur ideo ex delicto vt declarat Bart. in l. si vt pro ponitur §. 2. ff. de fideiuss. & ratio mihi videtur esse ne cum dolo fiat locupletior, & cum aliena iactura, quod esset quando neque ex delicto, neque ex mandato teneretur.

Nec nonum, nam gl. illa non est accepta vt dicit sibi Bart. qui ipsam reprobat.

Nec decimum, quia per se facere videtur ideo punitur, sed qui mandauit videtur, & ipse facere, cum eius petitione factum sit, neque dicatur quod verbũ videtur denotet improprietatẽ, nam, & ego fateor quod nõ fecit tamẽ nõ debet negari quod ex homicidio debeat puniri, & sic pax ipsi nõ proderit cũ statuũ præsertim dicat. Ex homicidio, nõ aũtẽ, si quis fecerit homicidiũ, ei nõ profit pax

Quare cõcludendũ esse potius putarẽ, quod statutũ hoc locũ habeat, quã quod non habeat; simile videmus in eo qui mandauit fieri libellũ famosũ, nã tenetur sicuti ille qui fecit, vt inter alios late Far. Pract. c. 1, l. 3 de varijs, & diuer. c. 1. q. 105. la sp. ct. 11. §. 442.

6 Sed quid si post mãdatum factũ diu sic maneas, & post aliquod tempus, immo post multũ temporis tu committas delictũ, quod ab te fieri mandaueram, an idem sit quod in casu supradicto, scilicet si statim cum tibi mandaui commisisses, & in c. ad audien

tiam

tiam extra de homicid. decernitur quod sic, nā mandans semper tenetur nisi mandatū tacitū tacite, vel expresse sit reuocatū, vt declaratur Bart. in l. non solum §. si mandato meo v. 10. ff. de iniu.

7 Quid si mandaui tibi vt alij mandares an tu eadē pœna tenearis sicuti ipse mandans, scilicet quod tibi pax non prosit, & ad veritatem huius rei prius quęrendum an tenearis ex homicidio, nā si teneris venit in consequentiā quod cōprehendaris sub statuto.

Quæro igitur an tu qui mandato meo mandasti Titio vt seium occideret ex homicidio tenearis, vt videtur quod sic ex pluribus Primo loco per textu. in l. si sciente ad l. Pompon. de Parricid. 2. per doctrinam Bart. in l. aut quia aliter §. hæc verba versi. 3. ff. quod vi, aut clam. vbi dicit quod si pro homicidio sit statutum quod quis puniatur in mille tenetur qui facit homicidium fieri faciens, & mandans, secus si diceret statutum, qui fecerit homicidium puniatur in mille, nam tunc proprie dicti omnes non venirent, sed executor tantum, sic & in casu nostro quare videmus pacem nec tibi, nec mihi prodesse, nam præterea tu causa causæ fuisti cum si tacuisses hoc sciens actum non fuisset.

8 Quid si tibi dedi pecuniam vt alium occideres, an prosit pax de dicto statuto, ego puto quod non proderit, nam licet sint diuersi casus, tamen quo ad rem nostram idem sunt, & eadem pœna omnes puniuntur vt declarat Bart. in dict. §. si mandato meo. Nec dicere valet quod cum quis dederit pecuniam videatur transferre omnem dolum, & culpam in occidentem, nam propter viginti aureos, & minus quis faceret fieri homicidium, & postea esset absolutus habens intentum suum.

Hæc autem differentia est inter mandatum, & hunc casum, nam mandatum est gratuitum vt Inst. de mand. sed casus hic de pecunia est locatio, & conductio; quare ex prædictis omnibus concludendum est pacem nec mandanti nec conducenti prodesse.

9 Prӕterea occasione dictæ dictionis, Ex, quæro in quo differat a dictione, Propter, & Bart. in l. 1. §. emancipatur versic. 1. ff. de coniung. cum eman. dicit quod, Ex significat causam proximam vt supra nos quoque diximus, dictio vero Propter remotam, sed ego puto quod vtraque dictio idem significet. & inter se iste cō fundantur, nam, ex aliquando pro Propter ponitur vt idem Bart in l. cum filius §. hæres meus versic. 2. ff. de leg. 2. quare idem erit in casibus supradictis si statutum dicat ex homicidio, vel propter homicidium pax non prosit, & hæc satis quo ad hanc dictionem, Ex dicta sint.

10 Secundo

10 Secundo loco premitto duplex esse eius gen. & quando dicimus hoc in loco de iure gentium non est intelligendum de illo iure gentium quod fuit eo ipso, quo gentes esse ceperunt l. 1. ff. de acq. re. dom. sed de secund. postquam gentes creuerunt §. ius autem Inst. de iu. nat. gen. & Ciu. nam non solum illud dicitur ius gen. de d. l. 1. sed & quod apud omnes gentes pereq; obseruatur d. §. ius autem & d. l. 1. supra hoc tit. nostro, sed melius, & diffusius me explicabo inferius in q. memb. sub versic. 10 vbi de Emptione, & Venditione verba sum facturus.

11 Summatur lex nostra secundum Paul. de Cast. ponuntur quædam quæ fuerunt de intentione iurisgentium. Et ex his satis videntur declarata illa verba priora Ex hoc iure, modo deueniamus ad alia verba tex. quæ a nobis sunt interpetranda, ac examinanda, quæ verba quot eruut, tot & notabilia, seu membra, vt diximus superius, erunt.

IN VERBO. BELLA.

SVMMARIVM.

1 *BELLA vtrum sint de iure gentium rationibus demostratur.*
2 *Ee ie im homines vero, & vim, & iniuriam repellunt*
3 *Bella alia licita, alia illicita.*
Considerandum est quod principaliter fit, non quod secundarie.
4 *Quæ requirantur ad hoc vt bellum sit licitum latissime demonstratur.*
5 *An bellum in dubio asumatur licitum.*
Princeps habet potesta tem a Deo pascendi oues, non autem opprimendi.
6 *Bellum licitum an in omnibus cadere possit.*
Bellum aliud particolare, aliud vniuersale.
7 *Bellum vniuersale quid sit.*
Pro rebus suis tuendis licet mouere bellum de iure nat. gen. & Ciuil.
Princeps vtrum possit vti in bello personis infidelibus.
Papa, vel alius Princeps Christianus vtrum possit fedus inire cum Turca.
An quis possit mouere bellum sine Principis autoritate.
8 *Quicunque faciat bellum illicitum iussu principis an excusetur.*
Non est subditorum cognoscere arcana Principum.
Quisque subditus in bello debet parere, alias punitur.
Quisque subditus tenetur bellare pro Principe, nisi ex quibusdam causis excusetur.

9 *Bellum*

24 *Iniuria facta ab eo qui loco patris sit vtrum repelli possit.*
Quid in patre erga filium in sacris constitutum.
Quid in patre spirituali.
Quid in villico.
25 *Vtrum per solas minas possim alium occidere.*
26 *Vtrum sit licitum defendere res nostras alium occidendo.*
27 *Violentiarum species quot, & quæ sint.*
28 *Vtrum in foro poli res nostras defendendo sit licitum aliquem occidere etiam fugientem cum telo.*
29 *Quid in Clerico.*
30 *Vtrum sit licitum pro defensione alicuius, aliquem occidere.*
Iniuria facta filio videtur facta patri.
Iniuria facta nurui censetur facta socero.
Iniuria facta vni ex consanguineis censetur facta toti familiæ.
Iniuria facta discipulo censetur facta præceptori.
Iniuria facta famulo censetur facta Domino.
Iniuria facta socio censetur facta alteri socio.
Iniuria facta Clerico censetur facta Episcopo.
Iniuria facta Episcopo censetur facta omnibus suis Ecclesiis.
Iniuria facta Monaco censetur facta Monasterio.
Iniuria facta Ciui videtur facta toti Ciuitati.
Iniuria facta vassallo censetur facta Domino.
Iniuria facta vni ex Collegio censetur facta Collegio.
Iniuria facta Colono censetur facta Domino.
Hominem homini insidiari nefas esse.
31 *Quotuplex sit homicidium.*
32 *An quis teneatur si alium aggressum non defendat.*
Dignos esse morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt.
Vox populi, vox naturæ.
Vtrum quis teneatur defendere res alienas.
Clericum non defendens an efficiatur irregularis.
33 *Quotuplex sit consensus.*
34 *Vtrum liceat verbis famosis verba famosa repellere.*
35 *Vtrum insultatus cum possit fugere an debeat fugere.*
36 *An de iure communi liceat Bannitos offendere*
Banniti nostri temporis æquiparantur deportatis.
37 *Vtrum valeat statutum quod Bannitus possit impune offendi.*
38 *Vxor bannita vtrum possit adulterari cum possit occidi ex forma statuti.*
39 *Bannitus qui est in manibus familiæ vtrum possit occidi impune ex forma statuti concedentis Bannitos impune posse occidi.*

B *Quid*

Quid in carcere existente.
Quid in ducto ad patibulum.
40 *Quid interim si bannitus dicat de nullitate Banni.*
Debitor est à quo inuito potest exigi.
Seruus qui gerit se pro libero, non habetur pro libero.
Appellari frustatorie non suffragatur.
41 *Quid interim si dictus Bannitus appellauerit, & velit ostendere se iuste appellasse, an possit impune occidi.*
42 *An statutum, quod Banniti impune possint occidi, procedat etiam in foro poli.*
Licet magis occidere Bannitum ex forma statuti, quam vxorem adulterio deprehensam.
43 *Bannitus qui ex forma statuti potest impune occidi, vtrum possit se defendere.*
44 *Si Bannitus non possit, & se defendant qua pœna debeat puniri.*
45 *Bellum illicitum particulare quid.*
Ipsum quod Duellum dicitur verum licitum sit, vel illicitum.
Ad duellum prouocato vtrum sit licitum recusare.
46 *Pœna in quibus incurrunt Duellum facientes ex Concil. Triden. & ex infinitis Bullis Pontificum, & nouissime PP. Clementis VIII. latissime demonstrantur.*
47 *Torneamenta quæ sint licita.*

SECVNDVM MEMBRVM.

BELLA. Notatur itaque ex secundo membro legis nostræ Bella esse de iure gentium.

1 Sed contrarium videbatur dicendum ob aliquas rationes, Primo loco quia potius sunt de iure naturali, cum ius naturale sit quod competit omnibus animantibus in prin. instit. de iur. nat. gen. & Ciu. sed huiusmodi bella competunt omnibus animantibus quia & bruta quoque animalia se defendunt, & pugnant, ergo non de iure gen. sed de iure natur. proueniunt.

Secundo bella sunt iniqua, & illicita, ergo non poterunt prouenire ex iure, cum iniquitas non debeat ex iure oriri l. meminerint C. vnde vi. quod bella sint iniqua probatur in auth. de armis in prin. & l. 1. in prin. C. de ead. toll. quod autem sint illicita probat D. Tho. Aquin. aduocatus meus 2. 2. q. 40. art. 1. ex Matth. c. 26. nam inquit omnis qui accipit gladium gladio peribit, & c. 5. ego autem dico vobis, non resistere malo. & Rom. 12. Non vos defendentes carissimi, sed date locum iræ, & alijs rationibus, & authoritatibus

idem

idem probari posset.

2 Sed his, & similibus non obstantibus contrarium (& bene non solum de iure Ciuili, sed Canonico) in tex. nostro reperitur decisum.

Ratio est quia tantum apud omnes gentes huiusmodi bella obseruantur, vt notum est, & ideo Bestiæ tantum corpus, homo vero, & corpus, & iniuriam defendit, & hæc est differentia, & ratio dicendi, fateor enim quod hęc defensio veniat a natura, idest a ratione naturali, quæ ratione, vt dicit Io. Coras. in suis comm. ad l. vt vim hoc nostro titu. redditur bona, cum bruta animalia, quæ mente carent nec iniuriam pati, nec facere dici possint l. itaq; ff. ad l. Aquil. ideoque non est dubium quin solis, & omnibus congruant hominibus bella, corporisque, & iniuriæ propulsatio l. 1. §. ait prætor ff. si quad.

Neque obstant deducta in contrarium, & ad id quod primo loco dicitur, respondetur procedere sine moderamine inculpatæ tutelæ, prout est in bestijs, & in bello absque ratione, & requisitis de quibus infra dicemus, secus de bello licito, quod quidem de iure gen. venit.

Sed Bart. sibi est contrarius ibidem versi. 5. vbi dicit quod populare cum moderamine inculpatæ tutelæ est de iure gen. & solum gentes humanę vtuntur, ecce quod vno loco dicit Bart. quod moderamen venit de iure ciuili, & alio loco de iure gen. vnde Ias. in d. l. vt vim versi 17. dicit Bar. non posse defendi, & neminem adhuc reperijsse qui eum defenderet, & sic transit, & idem dicit Riminal. ibi. Sed dicatis Bar. non sibi contradicere, nam dicit prius quod dedit moderamen ius Ciuile, & hoc verum est, & versi. 5. dicit quod sit de iure gen. non quod habuerit originem, sed quia seruatus apud omnes gentes, vt ex verbis ipsius satis constat, nec ideo minus est de iure gen. quod ab eo habuit originem, quàm quod apud omnes gentes obseruatur §. ius autem Inst. de iure nat. gen. & ciui. ibi :nam non fit mentio de tempore aliquo, & ideo quid potest dici origine fuisse de iure ciuili, & obseruari apud omnes gentes, nam putatis vos emptionem, & alia de quibus in tex. nostro eodem tempore fuisse obseruata in toto mundo? non certe, nam verisimile non est cum non fuerit primis temporibus meum, neque tuum, & ideo postquam fuit facta hæc diuisio cœpit prius vendi in vno loco, & postea in alio, vnde quod obseruabatur in vno loco, postea fuit vbique obseruatum, & ex effectum de iure gentium, & sic factum esse naturalis ratio suadet. Potest & alio modo dici, quod cum semper etiam de iure naturali homines propulsauerint vim, & iniu-

nam ad differentiam bestiarum, quod aliquod moderamen fuerit de iure gen. & aliud etiam postea fuerit additum a iure ciuili, & sic duo esse moderamina, quorum vltimum ampliet, & maius faciat primum, & sic concedatur Bart. doct. cum tex. nostro.

3 Neque obstant quæ secundo loco dicuntur contra tex. nostri decisionem, nam quo ad ll. allegatas, & deductas respondet gl. vel bella sunt licita, vel non, si licita veniunt de iure, si illicita non de iure veniunt, addit Bart. sed occasionaliter, & hanc distinctionem sequuti fuerunt Doct. omnes. sed Paul. de Cast. hic oppo. si occasionaliter, ergo ex ipso iure. Respon. ipse quod considerandum est, quod principaliter fit, quod est bellum licitum, non quod secundariæ iuxt. not. in l. si quis nec causam ff. si cert. pet. Ad c. 26. Matt. respon. D. Thom. vbi supra, quod gladio peribit, qui ex causis deducendis infra non capiet gladium, & cum tribus requisitis de quibus dicemus, & hinc dicitur in c. ille 23. q. 4. ille gladium accipit, qui nulla superioris, ac legittima potestate, vel iubente, vel concedente in sanguinem alicuius armatur. Ad cætera respondet idem D. Thom. quod dicta præcepta, sicuti August. dicit in lib. de sermo. Domini in monte, semper sunt seruanda in præparatione animi, vt scilicet semper homo sit paratus non resistere, vel se non defendere, si opus non fuerit. sed quandoque est aliter agendum propter commune bonum, vel etiam illorum, cum quibus pugnatur. Vnde Augu. dicit in Epistola ad Marcellum. Agenda sunt multa etiam cum inuitis, benigna quadam asperitate plectendis. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, quoniam nihil est infelicius infelicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, voluit hostis interior, roboratur.

4 Sed quæro quæ requirantur ad hoc vt bellum sit licitum, & gloss. in l. hostes de capt. dicit quod bellum licitum est, quod princeps, vel populus Romanus indicit, Bart. alias adducit res circa hanc materiam, & Iaf. etiam sed non satis est, vt paulo post ostendam, bellum ad hoc, quod sit licitum fieri, & induci a Principe, sed alia etiam debent concurrere, & idcirco opinio gl. non placet, licet ipsam quoque Bart. in d. l. hostes versic. 11. & Iaf. in hac lege nostra versic. 29. sequuti fuerint. Ego puto (relictis his omnibus, & diuisionibus bellum, quos adducit Hostien. in c. 1. de homic. lib. 6. quem refert, & sequitur Io. Lupi. Segob. in suo tract. de bello, & bellat.) cum Paul. Cast. in rep. huius legis nostræ, quæ opinio est eadem cum Theologis, nam quoque D. Thom. 2. 2. q. 40. art. 1. Domin. Sotus de Iust. & iure lib. 5. quæst. 3. art. 5. & D. Card. Caiet. in

summ.

summ. in verbo, Bellum, illud bellum licitum esse, in quo hæc tria concurrunt, scilicet, Autoritas Principis, Iusta causa, & Intentio recta.

Autoritas Principis, ipse enim reipublicæ cura commissa est, unde dicit Aug. contra Faustum, ordo naturalis mortalium paci accomodatus hoc posìit, vt suscipiendi belli autoritas, atque consilium pœnes Principes sit. Principis autem cuiuscunque autoritas semper requiritur siue secolaris, siue Ecclesiastici, secolaris pro temporalibus, Ecclesiastici pro Ecclesia c. quod culpatur 24. q. 1. c. 1. q. 2. & hinc nota quod de facto fuisse dicit Bal. l. cum cognatum C. de ingen. nam si mortuo Papa, vel Imperatore, & dux eius ceperit aliquem in bello, captus non dicitur seruus, & potest testari, hoc refert, & sequitur Matt. Lauden. in Tract. de bello q. 26.

Iusta causa qua id meruerint c. Dominus Deus noster 23. q. 3. ibi dum dicit, quæ vlciscuntur iniurias, quod est ex D. August. in lib. 83 quæst. sed licet sit iusta causa tamen non debet facere bellum antequam ipse Princeps denunciare fecerit, & indicere bellum Bald. in l. pen. C. de obsc. patro. a libe. præst. Petr. Gregor. Tholos. syntagma iuris parte 2. lib. 19. cap. 2. & 3. & nota quod Papa potest facere bellum cum Christianis propter iustam causam c. pro humani de homicid. lib. 6.

Intentio recta, vt bonum promoueatur, & malum euitetur d. cap. quod culpatur, & c. militare.

5 Sed hinc quæro an bellum in dubio præsumatur licitum, vel illicitum, iustum, vel iniustum.

Variæ sunt in huiusmodi q. doct. opiniones, prout dicit d. Lup. in suo tract. de bello, & bellat. sed relictis omnibus dicas distinguendo, aut ille qui facit bellum est habilis, & aptus ad bellum licitum, aut non est habilis, si non, putabitur illicitum, caret enim illis partibus, quæ bellum faciunt licitum, si est habilis, scilicet quod facile posìit habere causas requisitas, tunc in dubbio putabitur bellum licitum, princeps enim cum habeat potestatem a Deo pascendi, & iudicandi subditos non autem delinquendi, & opprimendi cap. 1. distin. 40. & cum hominem homini insidiari nefas sit vt in l. vt vim hoc nostro sit, ideo censebitur iustum, cum quisque præsumatur bonus l. omnimodo C. de inoff. testam. l. cum quidam de lega 2. & l. cum pater §. ideo, eodem tit. quare in hoc casu erit iustum, cum præsumatur, quod Princeps velit suo fungi officio, & quod tam quam homo homini nocere absque aliqua causa nolit.

6 Hinc quæri potest an in omnibus hoc bellum licitum cadere posìit, Et respondetur secundum Paul. de Cast. in hac l. nostra, quod

duplex

duplex est bellum, aliud enim est vniuersale, aliud particulare, & ex his quæ dicemus in hac decisione, & distinctione colliges intentionem huiusmodi q.

7 Vniuersale bellum est, quod facit populus contra populum, & hoc bellum est licitum si habeat tres illas partes, quas supra retulimus. Secus si fuerit populus liber, nam sua autoritate potest mouere bellum licitum, scilicet cum iusta causa, & intentione recta, vt si pax bona aliter haberi non possit, vel alia iusta causa, hinc Iaf. in hac l. nostra versi. 39. dicit, quod iusta causa est etiam in rebus recuperandis, quæ aliter recuperari non possunt, & laudat Paul. de Castr. qui in consi. 33. dixit, pro tuitione rerum suarum licitum esse inferre bellum de iure nat. gen. & diuino, & ad hoc caueas, quod Princeps non potest vti personis infidelibus sine peccato, sed hoc procedit quando aliter facere non posset, nam tunc sibi concessum esset vti defensione infidelium Mart. Laud. de bello q. 3. vbi multos allegat, & Papa, & quilibet Princeps Christianus poterit fœdus inire cum Turca, vel alio infideli, si aliis aliquid non posset defendere, nam vt Eccle. clamat c. 8. non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius, & Luc. c. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet, si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa eius aufert, vnde ex his, & ex aliis deductis a Io. Lup. de bello, & bellat. §. videntur mihi vers. 2. concludere possumus ad fauorem necessitatis, ne vt in simili dicit tex. in c. si nulla 23. q. 8. homo Deum tentare videatur: & si quis particolaris mouerit bellum absque Principis autoritate incidit in crimen læsæ maiestatis l. lex duodecim 3. ff. ad leg. Iul. maiest.

8 Sed aduertendum est in eo, qui superiorem habet, quod si Princeps iusserit aliquem facere bellum, ipse cui iussit licitum bellum faciet, licet princeps mala faciat, nam ipse tenetur Principi obedire, & & ideo quantum ad Deum, & quantum ad mundum absolutus erit si tamen deprauatam conscientiam non habeat, vt bene colligitur ex tex. in c. quid culpatur 23. q. 1. & in c. miles q. 5. declarat hoc præterea D. Card. Gaiet. in summ. in verbo bellum, & ratio est, quia non est subditorum discutere consilia, definitionesque dominorum suorum, sed præsumenda sunt iusta, nisi manifestam contineant læsionem, & iniquitatem, & hinc dicimus quod ex ratione obedientia in dubiis excuset, & qui in belli non paruerit, licet res bene gesta fuerit capite punitur l. desertorum §. in bello de re mili. & multo magis qui auxilium dederint contra Principem, vt puta si Baroni principis essent rebelles l. 1. & 2. ff. eadem, toto tit.

ad l.

ad l. Iul. maies. nam potius, immo absolute tenentur subditi pro Principe bellare, nisi propter infirmitatem, vel ætatem excusati fuerint, vel etiam propter sexum, quales sunt mulieres, vt ostendit Mart. Laud. de bello q. 41. præterea scias quod si Princeps faciat statutum, vel editum; quod vnus ex familia ad bellum ire debeat non includitur qui habet minus quam decem, & octo annos, qui non est idoneus ad pugnam glo. in c. circa princ. de pace iur. firm. quam gl. sequitur Mart. Laud. q. 12. vbi supra.

9 Ex his igitur notare poteris in omnibus bellum licitum cadere posse diuersis modis, & scias pro vt Dom. Sotus de Iust. & iure lib. 5. q. 1. art. 6. ait, quod bellum ex vtraque parte non potest esse licitum, nisi ex ignorantia, nam vbi ignorantia non est, ex vna parte bellum erit illicitum.

10 Sed cum diximus in omnibus hoc bellum licitum cadere posse, licet diuersis modis, non absque vtilitate erit quærere, an in omnibus personis Ecclesiasticis hoc bellum cadere possit, & dicas, aut intelligitur hæc quæstio circa potestatem dandam faciendi bellum vt d. c. quod culpatur, vel quod persona Ecclesiastica possit conuocare alios ad bellum, aut vero quæritur an armorum exercitium facere possit.

De primo non est dubium, quod præfati possunt dare potestatem alteri quod bellum faciat d. c. quod culpatur, & cap. fin. ne Cle. vel mon. lib. 6. c. ex litteris de exce. prælat. can. Clerici 23. q. 8. immo milites ad bellum conuocare possunt, & præsertim contra infideles, vt in cap. ab imperatoribus, & in c. Maximianus 23. q. 3. & in c. administratores cum seq. 23. q. 5. c. quicumque §. his ita. c. hortatu, & c. vt pridem §. fin. 23. q. 8. D. Thom. 2. 2. q. 40. arti. 2. Lad. Milin. de Iustit. tom. 1. tract. 2. disput. 108.

De secundo casu dicas, quod nemini ex personis Ecclesiasticis licet bellare, & exercitium armorum facere, nam huiusmodi personæ non possunt propria autoritate, seu dignitatis, vel eius officij aliquem interficere, seu militare ne reddantur inhabiles ad exercitium, & officium Sacerdotis, vt in c. nimium, & in c. reprehensibile 23. q. 8. & in c. miror cum. seqq. & in c. de his Clericis quasi per totam 50. dist. & in c. ex multa de uot. in quibus locis colligitur, quod tales personæ sint ad armorum exercitium inhabiles, debent enim non alienis, sed suis armis vti, eorum autem arma, vt dicitur ex Ambros. in c. non pila 23. quæst. 8. ibi. Non pila quæ sunt ferrea (non arma Christi milites) coactus repugnare noui: sed dolor, fletus, orationes, lacrymæ fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis c. Alit. & nec debeo,

4 Ex l. si sciente ff. de Parricid.

5 Nam mandans est irregolaris sicuti mandatarius licet expresserit in mandato non occidas facit tex. in cap. fi. de homic. in 6. Bald. in l. cum mandati C. mand. in fine. Gram. consi. 20. vers. 1. Cepol. consi. 39. Sed hoc verum est quod si esset in potestate mandatarij non excedere mandatum, vt si mandaui tibi, vt pugno Titium percuteres, tu vero armis percussisti, tunc enim pœna homicidij non tenebor Bald. in d. l. cum mandati, declarat Iacob. de Graff. Decis. aut. p. par. lib. 2. cap. 64. vers. 13.

6 Argumen. de maiori ad minus, nam ille qui tacite mandauit tenetur ex homicidio, ergo multo magis qui expresse, vt in casu nostro, maior probatur, quidam dixit famulo suo domum non veneris, donec aliquid noui non audiam, si famulus fecerit homicidium dominus ex homicidio tenetur, quia ex. in cap. fin. de homic. in 6. non solum procedit in mandato expresso, sed etiam in tacito, est &c. tex. in c. ex litteris vers. auditis de excess. præl. de communi testatur inter alios Couar. in c. vnico. §. 1. vers. 3. de homicid. & idem Iacob. de Graff. vbi supra tenet, si ex homicidio debet puniri, ergo pax non proderit.

7 Quia consentiens fieri homicidium tenetur ex homicidio non solum quo ad pœnam, sed etiam quo ad interesse partis læsæ. c. si quis viduam dist. 50. Dec. in c. 1. versi. 9. Didac. par. 1. §. 13. versi. 1. de reg. iur. in 6. Iacob. de Graff. vbi supra, ergo multo magis mandans cuius causa factum est homicidium, secus est si dominus, vel princeps mandaret cum periculo mortis si eum non occideret, & ad hoc late Farinacc. Pract. crim. de pœn. temperand. q. 97. casu 9. versi. 162. vbi de seruo, at de principe vbi supra. q. 97. casu. 1. per totum.

8 Ego autem non aliter concludendum esse puto prout claris tex. patet ipsa veritas, nisi quod statutum hoc habeat locum etiam in mandante fieri homicidium. Neque obstat quod dicebamus in argumentis pro contraria parte.

Primum nob obstat, quia dictio Ex aliquando remotam quoque causam significat, quare non verificatur semper, & ideo non possumus ab ea argumentari prout significanti semper causam proximam, cum, & remotam aliquando significet, vt bene demonstrat Bart. in l. pretor ait §. quod de fructibus versi. 2. ff. de bon. aut. iud. poss.

Neque obstat secundum argum. nam De, & Ex, eiusdem sunt naturę, quatenus vtraq; dictio pōt significare causam proximam.

Nec

Nec tertium quia non est damnum cum iniuria ideo non tenebatur l. Aquil.

Nec quartum, nam habet locum quando mandatarius alias erat facturus vt ex seqq. verbis Paul. bene colligitur.

Nec quintum, quia ea quæ habentur in all. l. verificantur in casu nostro, Consilium, & quidem peruersum; ac in ipsum fuit, nam homicidium factum est, & ideo potius retorquetur cum omnia illius tex. verificentur.

Nec sextum, nam verum est quod non videtur proprie facere, sed tamen non tollitur, quod ille qui est causa causæ, non sit causa causati, sed iste fuit causa causæ, quia mandauit, ergo, & causa causati, & ideo quia dedit operam rei illicitæ debet teneri ad omne quod sequitur c. vlt. de homicid. in 6. & sic ex homicidio si ex homicidio tenetur pax non poterit prodesse.

Nec septimum, quia apparet quod tua causa fecerit, & tua gratia, & ideo si non tenereris sequeretur vt inferius dicatur.

Nec octauum, nam tunc procedit reg. quod actio sit inter mandantem, & mandatarium quando res est honesta, vt in tit. Inst. mand. secus vero quando res est turpis §. illud quoque Inst. mand. ideo non possumus agere ex mandato, quia mandatum est nullum, agetur ideo ex delicto vt declarat bart. in l. si vt proponitur §. 2. ff. de fideiuss. & ratio mihi videtur esse ne cum dolo fiat locupletior, & cum aliena iactura, quod esset quando neque ex delicto, neque ex mandato teneretur.

Nec nonum, nam gl. illa non est accepta vt dicit sibi Bart. qui ipsam reprobat.

Nec decimum, quia per se facere videtur ideo punitur, sed qui mandauit videtur, & ipse facere, cum eius petitione factum sit, neque dicatur quod verbū videtur denotet improprietatē, nam, & ego fateor quod nō fecit tamen nō debet negari quod ex homicidio debeat puniri, & sic pax ipsi nō proderit cū statutū præsertim dicat. Ex homicidio, nō autē, si quis fecerit homicidiū, ei nō prosit pax

Quare cōcludendū esse potius putarē, quod statutū hoc locū habeat, quā quod non habeat; simile videmus in eo qui mandauit fieri libellū famosū, nā tenetur sicuti ille qui fecit, vt inter alios late Far. Pract. c 1, l. 3 de varijs, & diuer. crim. q. 105. lasp. 11. §. 442.

6 Sed quid si post mādatum factū diu sic maneas, & post aliquod tempus, immo post multū temporis tu committeas delictū, quod ab te fieri mandaueram, an idem sit quod in casu supradicto, scilicet si statim cum tibi mandaui commisisses, & in eadem audientiam

tiam extra de homicid. deciditur quod sic, nā mandans semper tenetur nisi mandatū tacitū tacite, vel expresse sit reuocatū, vt declaratur Bart. in l. non solum §. si mandato meo v. 10. ff. de iniu.

7 Quid si mandaui tibi vt alij mandares an tu eadē pœna tenearis sicuti ipse mandans, scilicet quod tibi pax non prosit, & ad veritatem huius rei prius quęrendum an tenearis ex homicidio, nā si teneris venit in consequentiā quod cōprehendaris sub statuto.

Quæro igitur an tu qui mandato meo mandasti Titio vt seium occideret ex homicidio tenearis, vt videtur quod sic ex pluribus Primo loco per textu in l. si sciente ad l. Pompon. de Parricid. 2. per doctrinam Bart. in l. aut quia aliter §. hæc verba versic. 3. ff. quod vi, aut clam. vbi dicit quod si pro homicidio sit statutum quod quis puniatur in mille tenetur qui facit homicidium fieri faciens, & mandans, secus si diceret statutum, qui fecerit homicidium puniatur in mille, nam tunc proprie dicti omnes non venirent, sed executor tantum, sic & in casu nostro quare videmus pacem nec tibi, nec mihi prodesse, nam præterea tu causa causæ fuisti cum si tacuisses hoc sciens actum non fuisset.

8 Quid si tibi dedi pecuniam vt alium occideres, an prosit pax de dicto statuto, ego puto quod non proderit, nam licet sint diuersi casus, tamen quo ad rem nostram idem sunt, & eadem pœna omnes puniuntur vt declarat Bart. in dict. §. si mandato meo. Nec dicere valet quod cum quis dederit pecuniam videatur transferre omnem dolum, & culpam in occidentem, nam propter viginti aureos, & minus quis faceret fieri homicidium, & postea esset absolutus habens intentum suum.

Hæc autem differentia est inter mandatum, & hunc casum, nam mandatum est gratuitum vt Inst. de mand. sed casus hic de pecunia est locatio, & conductio; quare ex prædictis omnibus concludendum est pacem nec mandanti nec conducenti prodesse.

9 Prętérea occasione dictæ dictionis, Ex, quæro in quo differat a dictione, Propter, & Bart. in l. 1. §. emancipatur versic. 1. ff. de coniung. cum eman. dicit quod, Ex significat causam proximam vt supra nos quoque diximus, dictio vero Propter remotam, sed ego puto quod vtraque dictio idem significet, & inter se iste cō fundantur, nam, ex aliquando pro Propter ponitur vt idem Bart in l. cum filius §. hæres meus versic. 2. ff. de leg. 2. quare idem erit in casibus supradictis si statutum dicat ex homicidio, vel propter homicidium pax non prosit, & hæc satis quo ad hanc dictionem, Ex dicta sint.

10 Secundo

10 Secundo loco præmitto duplex esse eius gen. & quando dicimus hoc in loco de iure gentium non est intelligendum de illo iure gentium quod fuit eo ipso, quo gentes esse cœperunt l. 1. ff. de acq. re. dom. sed de secund. postquam gentes creuerunt §. ius autem Inst. de iu. nat. gen. & Ciu. nam non solum illud dicitur ius gen. de d. l. 1. sed & quod apud omnes gentes pereq; obseruatur d. §. ius autem & d. l. 1. supra hoc tit. nostro, sed melius, & diffusius me explicabo inferius in q. memb. sub versic. 10. vbi de Emptione, & Venditione verba sum facturus.

11 Summatur lex nostra secundum Paul. de Cast. ponuntur quædam quæ fuerunt de intentione iurisgentium. Et ex his satis videntur declarata illa verba priora Ex hoc iure; modo deueniamus ad alia verba tex. quæ a nobis sunt interpetranda, ac examinanda, quæ verba quot eruut, tot & notabilia, seu membra, vt diximus superius, erunt.

IN VERBO. BELLA.

SVMMARIVM.

1 *BELLA vtrum sint de iure gentium rationibus demostratur.*
2 *Ec ia vim homines vero, & vim, & iniuriam repellunt*
3 *Bella alia licita, alia illicita.*
Considerandum est quod principaliter fit, non quod secundarie.
4 *Quæ requirantur ad hoc vt bellum sit licitum latissime demonstratur.*
5 *An bellum in dubio asumatur licitum.*
Princeps habet potestatem a Deo pascendi oues, non autem opprimendi.
6 *Bellum licitum an in omnibus cadere possit.*
Bellum aliud particolare, aliud vniuersale.
7 *Bellum vniuersale quid sit.*
Pro rebus suis tuendis licet mouere bellum de iure nat. gen. & Ciuil.
Princeps vtrum possit vti in bello personis infidelibus.
Papa, vel alius Princeps Christianus vtrum possit fœdus inire cum Turca.
An quis possit mouere bellum sine Principis autoritate.
8 *Quicunque facciat bellum illicitum iussu principis an excusetur.*
Non est subditorum cognoscere arcana Principum.
Quisque subditus in bello debet parere, alias punitur.
Quisque subditus tenetur bellare pro Principe, nisi ex quibusdam causis excusetur.

9 Bellum

9 Bellum non potest nisi ex ignorantia esse iustum ex vtraque parte.
10 An Persona ecc es. possint facere bellum.
Clerici possunt conuocare milites ad bellum.
Clerici non possunt occidere aliquem, sed militare ne reddantur inhabiles ad officium suum.
Qua sint arma Clericorum.
Qui maioribus deputantur, prohibentur minora.
An in bello Clerici possint ostendere militibus quomodo quem offendere possint.
11 Clerici vocati a Papa vtrum ad bellum ire possint.
Qui in bello licito moriuntur acquirunt cæleste regnum.
12 Quomodo liceat Clerici arma capere.
13 Clerici quomodo peccent si pugnent in casibus non concessis.
14 An sit licitum bellare diebus festiuis.
15 An interficientes in bello licito aliquo iure teneantur.
16 An peccent qui remigant contra fideles, & plures constituuntur conclusiones.
17 Innocentes in bello, vtrum sit licitum occidere.
Christiani capti in bello sunt seruandi, neque seruierunt.
18 Pacta inter hostes vtrum seruanda sint.
Seruus hostium vtrum possit fugere, & quid in passo se vennudari ad pretium participandum.
M. Attilius Regulus commendatus.
19 Vtrum in bellando possimus vti insidijs.
20 Particulare bellum quotuplex sit.
21 Particulare bellum licitum quando sit.
Quando quis intelligatur se defendere cum moderamine inculpata tutelæ.
Defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur, & non incurrit in irregularitatem.
Insultans occisus videtur a se ipso occisus.
Vtrum liceat resistere contra furiosum.
Vtrum contra dormientem.
Vtrum contra Clericum.
Vtrum contra Cardinalem.
Vtrum contra Imperatorem.
Vtrum contra Papam.
23 Vtrum qui dixerit se occidisse aliquem ad sui defensionem probare teneatur ad necessariam.
22 Vtrum sit licitum se defendere contra Iudicem.

Quid in carcere existente.

Quid in ducto ad patibulum.

40 *Quid interim si bannitus dicat de nullitate Banni.*

Debitor est à quo inuito potest exigi.

Seruus qui gerrit se pro libero, non habetur pro libero.

Appellari frustatorie non suffragatur.

41 *Quid interim si dictus Bannitus appellauerit, & velit ostendere se iuste appellasse, an possit impune occidi.*

42 *An statutum, quod Banniti impune possint occidi, procedat etiam in foro poli.*

Licet magis occidere Bannitum ex forma statuti, quam vxorem adulterio deprehensam.

43 *Bannitus qui ex forma statuti potest impune occidi, vtrum possit se defendere.*

44 *Si Bannitus non possit, & se defendant qua pœna debeat puniri.*

45 *Bellum illicitum particulare quid.*

Ipsum quod Duellum dicitur vtrum licitum sit, vel illicitum.

Ad duellum prouocato vtrum sit licitum recusare.

46 *Pœna in quibus incurrunt Duellum facientes ex Concil. Triden. & ex infinitis Bullis Pontificum, & nouissime PP. Clementis VIII. latissime demonstrantur.*

47 *Torneamenta quæ sint licita.*

SECVNDVM MEMBRVM.

BELLA. Notatur itaque ex secundo membro legis nostræ Bella esse de iure gentium.

1 Sed contrarium videbatur dicendum ob aliquas rationes.

Primo loco quia potius sunt de iure naturali, cum ius naturale sit quod competit omnibus animantibus in prin. inst. de iur. nat. gen. & Ciu. sed huiusmodi bella competunt omnibus animantibus quia & bruta quoque animalia se defendunt, & pugnant, ergo non de iure gen. sed de iure natur. proueniunt.

Secundo bella sunt iniqua, & illicita, ergo non poterunt prouenire ex iure, cum iniquitas non debeat ex iure o[illegible] l. meminerint C. vnde vi. quod bella sint iniqua probatur in auth. de armis in prin. & l. 1. in prin. C. de cad. toll. quod autem sint illicita probat D. Tho. Aquin. aduocatus meus 2. 2. q. 40. art. 1. ex Matth. c. 26. nam inquit omnis qui accipit gladium gladio peribit, & c. 5. ego autem dico vobis, non resistere malo. & Rom. 12. Non vos defendentes carissimi, sed date locum iræ, & alijs rationibus, & authoritatibus

idem

idem probari posset.

2 Sed his, & similibus non obstantibus contrarium (& bene non solum de iure Ciuili, sed Canonico) in tex. nostro reperitur decisum.

Ratio est quia tantum apud omnes gentes huiusmodi bella obseruantur, vt notum est, & ideo Bestiæ tantum corpus, homo vero, & corpus, & iniuriam defendit, & hæc est differentia, & ratio dicendi, fateor enim quod hęc defensio veniat a natura, idest a ratione naturali, quæ ratione, vt dicit Io. Coras. in suis comm. ad l. vt vim hoc nostro titulo redditur bona, cum bruta animalia, quæ mente carent nec iniuriam pati, nec facere dici possint l. itaq; ff. ad l. Aquil. ideoque non est dubium quin solis, & omnibus congruant hominibus bella, corporisque, & iniuriæ propulsatio l. 1. §. ait prætor ff. si quad.

Neque obstant deducta in contrarium, & ad id quod primo loco dicitur, respondetur procedere sine moderamine inculpatæ tutelæ, prout est in bellijs, & in bello absque ratione, & requisitis de quibus infra dicemus, secus de bello licito, quod quidem de iure gen. venit.

Sed Bart. sibi est contrarius ibidem versi. 5. vbi dicit quod populare cum moderamine inculpatæ tutelæ est de iure gen. & solum gentes humanę vtuntur, ecce quod vno loco dicit Bart. quod moderamen venit de iure ciuili, & alio loco de iure gen. vnde Ias. in d. l. vt vim versi 17. dicit Bar. non posse defendi, & neminem adhuc reperijsse qui eum defenderet, & sic transit, & idem dicit Riminal. ibi. Sed dicatis Bar. non sibi contradicere, nam dicit prius quod dedit moderamen ius Ciuile, & hoc verum est, & vers. 5. dicit quod sit de iure gen. non quod habuerit originem, sed quia seruatus apud omnes gentes, vt ex verbis ipsius satis constat, nec ideo minus est de iure gen. quod ab eo habuit originem, quàm quod apud omnes gentes obseruatur §. ius autem Inst. de iure nat. gen. & ciui. ibi .n. non fit mentio de tempore aliquo, & ideo quid potest dici origine fuisse de iure ciuili, & obseruari apud omnes gentes, nam patetis vos emptionem, & alia de quibus in tex. nostro eodem tempore fuisse obseruata in toto mundo? non certe, nam verisimile non est cum non fuerit primis temporibus meum, neque tuum, & ideo postquam fuit facta hæc diuisio cœpit prius vendi in vno loco, & postea in alio, vnde quod obseruabatur in vno loco, postea fuit vbique obseruatum, & ex effectum de iure gentium, & sic factum esse naturalis ratio suadet. Potest & alio modo dici, quod cum semper etiam de iure naturali homines propulsauerint vim, & iniu

nam ad differentiam bestiarum, quod aliquod moderamen fuerit de iure gen. & aliud etiam postea fuerit additum a iure ciuili, & sic duo esse moderamina, quorum vltimum ampliet, & maius faciat primum, & sic concedatur Bart. doct. cum tex. nostro.
3 Neque obstant quæ secundo loco dicuntur contra tex. nostri decisionem, nam quo ad ll. allegatas, & deductas respondet gl. vel bella sunt licita, vel non, si licita veniunt de iure, si illicita non de iure veniunt, addit Bart. sed occasionaliter, & hanc distinctionem sequuti fuerunt Doct. omnes. sed Paul. de Cast. hic oppo. si occasionaliter, ergo ex ipso iure. Respon. ipse quod considerandum est, quod principaliter fit, quod est bellum licitum, non quod secundariæ iuxt. not. in l. si quis nec causam ff. si cert. pet. Ad c. 26. Matt. respon. D. Thom. vbi supra, quod gladio peribit, qui ex causis deducendis infra non capiet gladium, & cum tribus requisitis de quibus dicemus, & hinc dicitur in c. ille 23. q. 4. ille gladium accipit, qui nulla superioris, ac legittima potestate, vel iubente, vel concedente in sanguinem alicuius armatur. Ad cætera respondet idem D. Thom. quod dicta præcepta, sicuti August. dicit in lib. de sermo. Domini in monte, semper sunt seruanda in præparatione animi, vt scilicet semper homo sit paratus non resistere, vel se non defendere, si opus non fuerit. sed quandoque est aliter agendum propter commune bonum, vel etiam illorum, cum quibus pugnatur. Vnde Augu. dicit in Epistola ad Marcellum. Agenda sunt multa etiam cum inuitis, benigna quadam asperitate plectendis. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, quoniam nihil est infelicius infelicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, voluit hostis interior, roboratur.
4 Sed quæro quæ requirantur ad hoc vt bellum sit licitum, & gloss. in l. hostes de capt. dicit quod bellum licitum est quod princeps, vel populus Romanus indicit, Bart. alias adducit res circa hanc materiam, & Ias. etiam sed non satis est, vt paulo post ostendam, bellum ad hoc, quod sit licitum fieri, & induci a Principe, sed alia etiam debent concurrere, & idcirco opinio gl. non placet, licet ipsam quoque Bart. in d. l. hostes versic. 11. & Ias. in hac lege nostra versic. 29. sequuti fuerint. Ego puto (relictis his omnibus, & diuisionibus bellum, quos adducit Hostien. in c. 1. de homic. lib. 6. quem refert, & sequitur Io. Lupi. Segob. in suo tract. de bello, & bellat.) cum Paul. Cast. in rep. huius legis nostræ, quæ opinio est eadem cum Theologis, nam quoque D. Thom. 2. 2. q. 40. art. 1. Domin. Sotus de Iust. & iure lib. 5. quæst. 3. art. 5. & D. Card. Caiet. in

summ.

summ.in verbo, Bellum, illud bellum licitum esse, in quo haec tria concurrunt, scilicet, Autoritas Principis, Iusta causa, Intentio recta.

Autoritas Principis, ipse enim reipublicae cura commissa est, vnde dicit Aug.contra Faustum, ordo naturalis mortalium paci accomodatus hoc posсit, vt suscipiendi belli autoritas, atque consilium poenes Principes sit. Principis autem cuiuscunque autoritas semper requiritur siue secolaris, siue Ecclesiastici, secolaris pro temporalibus, Ecclesiastici pro Ecclesia c. quod culpatur 24. q. 1. c.1.q.2.& hinc nota quod de facto fuisse dicit Bal.l. cum cognatum C.de ingen.nam si mortuo Papa,vel Imperatore,& dux eius ceperit aliquem in bello,captus non dicitur seruus,& potest testari,hoc refert,& sequitur Matt.Lauden. in Tract. de bello q.26.

Iusta causa qua id meruerint c. Dominus Deus noster 23. q. 3. ibi dum dicit,quae vlciscuntur iniurias,quod est ex D. August.in lib.83 quaest.sed licet sit iusta causa tamen non debet facere bellum antequam ipse Princeps denunciare fecerit, & indicere bellum Bald. in l.pen.C de obse.patro.a libe.praest.Petr.Gregor.Tholos. syntagma iuris parte 2.lib. 19. cap. 2.& 3. & nota quod Papa potest facere bellum cum Christianis propter iustam causam c. pro humani de homicid.lib.6.

Intentio recta, vt bonum promoueatur, & malum euitetur d. cap. quod culpatur, & c.militare.

5 Sed hinc quaero an bellum in dubio praesumatur licitum, vel illicitum,iustum,vel iniustum.

Variae sunt in huiusmodi q. doctor.opiniones,prout dicit d. Lup. in suo tract.de bello,& bellat.sed relictis omnibus dicas distinguendo, aut ille qui facit bellum est habilis, & aptus ad bellum licitum,aut non est habilis,si non,putabitur illicitum, caret enim illis partibus,quae bellum faciunt licitum,si est habilis, scilicet quod facile possit habere causas requisitas, tunc in dubbio putabitur bellum licitum,princeps enim cum habeat potestatem a Deo pascendi, & iudicandi subditos non autem delinquendi, & opprimendi cap.1.distin.40.& cum hominem homini insidiari nefas sit vt in l. vt vim hoc nostro fit. ideo censebitur iustum, cum quisque praesumatur bonus omnimodo C.de inoff.testam. l.cum quidam de leg. 2.& l.cum pater §. ideo, eodem tit. quare in hoc casu erit iustum, cum praesumatur,quod Princeps velit suo fungi officio,& quod tam quam homo homini nocere absque aliqua causa nolit.

6 Hinc quaeri potest an in omnibus hoc bellum licitum cadere possit, Et respondetur secundum Paul.de Cast. in hac l.nostra, quod

duplex

duplex est bellum, aliud enim est vniuersale, aliud particulare, & ex his quæ dicemus in hac decisione, & distinctione colliges intentionem huiusmodi q.

7 Vniuersale bellum est, quod facit populus contra populum, & hoc bellum est licitum si habeat tres illas partes, quas supra retulimus. Secus si fuerit populus liber, nam sua autoritate potest mouere bellum licitum, scilicet cum iusta causa, & intentione recta, vel si pax bona aliter haberi non possit, vel alia iusta causa, hinc Iaf. in hac l. nostra versi. 39. dicit, quod iusta causa est etiam in rebus recuperandis, quæ aliter recuperari non possunt, & laudat Paul. de Castr. qui in consi. 33. dixit, pro tuitione rerum suarum licitum esse inferre bellum de iure nat. gen. & diuino, & ad hoc caueas, quod Princeps non potest vti personis infidelibus sine peccato, sed hoc procedit quando aliter facere non posset, nam tunc sibi concessum esset vti defensione infidelium Mart. Laud. de bello q. 7. vbi multos allegat, & Papa, & quilibet Princeps Christianus poterit fœdus inire cum Turca, vel alio infideli, si alias aliquid non posset defendere, nam vt Eccle. clamat c. 8. non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius, & Luc. c. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet; si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa eius aufert; vnde ex his, & ex alijs deductis a Io. Lup. de bello, & bellat. 5. videntur mihi vers. 2. concludere possumus ad fauorem necessitatis, ne vt in simili dicit tex. in c. si nulla 23. q. 8. homo Deum tentare videatur: & si quis particolaris mouerit bellum absque Principis autoritate incidit in crimen læsæ maiestatis l. lex duodecim 3. ff. ad leg. Iul. maiest.

8 Sed aduertendum est in eo, qui superiorem habet, quod si Princeps iusserit aliquem facere bellum, ipse cui iussit licitum bellum faciet, licet princeps mala faciat, nam ipse tenetur Principi obedire, & & ideo quantum ad Deum, & quantum ad mundum absolutus erit si tamen deprauatam conscientiam non habeat, vt bene colligitur ex tex. in c. quid culpatur 23. q. 1. & in c. miles q. 5. declarat hoc præterea D. Card. Gaietan in summ. in verbo bellum, & ratio est, quia non est subditorum discutere consilia, de finitione sque dominorum suorum, sed præsumenda sunt iusta, nisi manifestam contineant læsionem, & iniquitatem, & hinc dicimus quod ratione obedientiæ in dubijs excuset. & qui in belli non paruerit, licet res bene gesta fuerit capite punitur l. desertorum §. in bello de re milit. & multo magis qui auxilium dederint contra Principem, vt puta si Baroni principis essent rebelles l. 1. & 2. ff. eadem, toto tit.

ad l. Iul. maief. nam potius, immo absolute tenentur subditi pro Principe bellare, nisi propter infirmitatem, vel ętatem excusati fuerint, vel etiam propter sexum, quales sunt mulieres, vt ostendit Mart. Laud. de bello q. 41. praeterea scias quod si Princeps faciat statutum, vel editum; quod vnus ex familia ad bellum ire debeat non includitur qui habet minus quam decem, & octo annos, qui non est idoneus ad pugnam glo. in c. circa princ. de pace iur. fir. quam gl. sequitur Mart. Laud. q. 12. vbi supra.

9 Ex his igitur notare poteris in omnibus bellum licitum cadere posse diuersis modis, & scias prout Dom. Sotus de Iust. & iure lib. 5. q. 1. art. 6. ait, quod bellum ex vtraque parte non potest esse licitum, nisi ex ignorantia, nam vbi ignorantia non est, ex vna parte bellum erit illicitum.

10 Sed cum diximus in omnibus hoc bellum licitum cadere posse, licet diuersis modis, non absque vtilitate erit quaerere, an in omnibus personis Ecclesiasticis hoc bellum cadere possit, & dicas, aut intelligitur haec quaestio circa potestatem dandam faciendi bellum vt d. c. quod culpatur, vel quod persona Ecclesiastica possit conuocare alios ad bellum, aut vero quaeritur an armorum exercitium facere possit.

De primo non est dubium, quod praefati possunt dare potestatem alteri quod bellum faciat d. c. quod culpatur & cap. fin. ne Cle. vel mon. lib. 6. c. ex litteris de exce. prelat. can. Clerici 23. q. 8. immo milites ad bellum conuocare possunt, & praesertim contra infideles, vt in cap. ab imperatoribus, & in c. Maximianus 23. q. 3. & in c. administratores cum seq. 23. q. 5. c. quicumque §. his ita. c. hortatu, & c. vt pridem §. fin. 23. q. 8. D. Thom. 2. 2. q. 40. arti. 2. Lud. Milin. de Iustit. tom. 1. tract. 2. disput. 108.

De secundo casu dicas, quod nemini ex personis Ecclesiasticis licet bellare, & exercitium armorum facere, nam huiusmodi personę non possunt propria autoritate, seu dignitatis, vel eius officij aliquem interficere, seu militare ne reddantur inhabiles ad exercitium, & officium Sacerdotis, vt in c. nimium, & in c. reprehensibile 23. q. 8. & in c. miror cum. seqq. & in c. de his Clericis quasi per totam 50. dist. & in c. ex multa de uot. in quibus locis colligitur, quod tales personae sint ad armorum exercitium inhabiles, debent enim non alienis, sed suis armis vti, eorum autem arma, vt dicitur ex Ambros. in c. non pila 23. quęs. 8. ibi. Non pila quae sunt ferrea (non arma Christi milites) coactus repugnare noui: sed dolor fletus, orationes, lacrymae fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo,

nec

4 Ex l. si sciente ff. de Parricid.

5 Nam mandans est irregolaris sicuti mandatarius licet expresserit in mandato non occidas facit tex. in cap. fi. de homic. in 6. Bald. in l. cum mandati C. mand. in fine. Gram. consi. 20. vers. 1. Cepol. consi. 30. Sed hoc verum est quod si esset in potestate mandatarij non excedere mandatum, vt si mandaui tibi, vt pugno Titium percuteres, tu vero armis percussisti, tunc enim pœna homicidij non tenebor Bald. in d. l. cum mandati, declarat Iacob. de Graff. Decis. aut. p. par. lib. 2. cap. 64. vers. 13.

6 Argumen. de maiori ad minus, nam ille qui tacite mandauit tenetur ex homicidio, ergo multo magis qui expresse, vt in casu nostro, maior probatur, quidam dixit famulo suo domum non veneris, donec aliquid noui non audiam, si famulus fecerit homicidium dominus ex homicidio tenetur, quia ex. in cap. fin. de homic. in 6. non solum procedit in mandato expresso, sed etiam in tacito, est &c. tex. in c. ex litteris vers. auditis de excess. præl. de communi testatur inter alios Couar. in c. vnico. §. 1. vers. 3. de homicid. & idem Iacob. de Graff. vbi supra tenet, si ex homicidio debet puniri, ergo pax non proderit.

7 Quia consentiens fieri homicidium tenetur ex homicidio non solum quo ad pœnam, sed etiam quo ad interesse partis læsæ. c. si quis viduam dist. 50, Dec. in c. 1. versi. 9. Didac. par. 1. §. 13. versi. 1. de reg. iur. in 6. Iacob. de Graff. vbi supra, ergo multo magis mandans cuius causa factum est homicidium, secus est si dominus, vel princeps mandaret cum periculo mortis si eum non occideret, & ad hoc late Farinacc. Pract. crim. de pœn. temperand. q. 97. casu 9. versi. 162. vbi de seruo, at de principe vbi supra. q. 97. casu. 1. per totum.

5 Ego autem non aliter concludendum esse puto prout claris tex. patet ipsa veritas, nisi quod statutum hoc habeat locum etiam in mandante fieri homicidium. Neque obstat quod dicebamus in argumentis pro contraria parte.

Primum nob obstat, quia dictio Ex aliquando remotam quoque causam significat, quare non verificatur semper, & ideo non possumus ab ea argumentari prout significanti semper causam proximam, cum, & remotam aliquando significet, vt bene demonstrat Bart. in l. pretor ait §. quod de fructibus versi. 2. ff. de bon. aut. iud. poss.

Neque obstat secundum argum. nam De, & Ex, eiusdem sunt naturę, quatenus vtraq; dictio pōt significare causam proximam.

Nec

Nec tertium quia non est damnum cum iniuria ideo non tenebatur l. Aquil.

Nec quartum, nam habet locum quando mandatarius alias erat facturus vt ex seqq. verbis Paul. bene colligitur.

Nec quintum, quia ea quæ habentur in all. l. verificantur in casu nastro, Consilium, & quidem peruersum; ac in ipsum fuit, nam homicidium factum est, & ideo potius retorquetur cum omnia illius tex. verificentur.

Nec textum, nam verum est quod non videtur propriè facere, sed tamen non tollitur, quod ille qui est causa causæ, non sit causa causati, sed iste fuit causa causæ, quia mandauit, ergo, & causa causati, & ideo quia dedit operam rei illicitæ debet teneri ad omne quod sequitur c. vlt. de homicid. in 6. & sic ex homicidio si ex homicidio tenetur pax non poterit prodesse.

Nec septimum, quia apparet quod tua causa fecerit, & tua gratia, & ideo si non tenereris sequeretur vt inferius dicam tur.

Nec octauum, nam tunc procedit reg. quod actio sit inter mandantem, & mandatarium quando res est honesta, vt in tit. Inst. mand. secus vero quando res est turpis §. illud quoque Inst. mand. ideo non possumus agere ex mandato, quia mandatum est nullum, agitur ideo ex delicto vt declarat Bart. in l. si vt pro ponitur §. 2. ff. de fideiuss. & ratio mihi videtur esse ne cum dolo fiat locupletior, & cum aliena iactura, quod esset quando neque ex delicto, neque ex mandato teneretur.

Nec nonum, nam gl. illa non est accepta vt dicit sibi Bart. qui ipsam reprobat.

Nec decimum, quia per se facere videtur ideo punitur, sed qui mandauit videtur, & ipse facere, cum eius petitione factum fit, neque dicatur quod verbũ videtur denotet improprietatẽ, nam, & ego fateor quod nõ fecit tamen nõ debet negari ꝙ ex homicidio debeat puniri, & sic pax ipsi nõ proderit cũ statu. ũ præsertim dicat. Ex homicidio, nõ aitẽ, si quis fecerit homicidiũ, ei nõ prosit pax

Quare cõcludendũ esse potius putarẽ, quod statutũ hoc locũ habeat, quã quod non habeat; simile videmus in eo qui mandauit fieri libellũ famosũ, nã tenetur sicuti ille qui fecit, vt inter alios late Far. Pract. c. 1, l. 3 de varijs, & diuer. cri. q. 105. in 1 par. 1 1. §. 442.

6 Sed quid si post mãdatum factũ diu sic maneas, & post aliquod tempus, immo post multũ temporis tu committas delictũ, quod ab te fieri mandaueram, an idem sit quod in casu supradicto, scilicet si statim cum tibi mandaui commisisses, & in c. ad audien

tiam extra de homicid. decernitur quod sic, nã mandans semper tenetur nisi mandatũ tacitũ tacite, vel expresse sit reuocatũ, vt declaratur Bart. in l. non solum §. si mandato meo v. 10. ff. de iniu.

7 Quid si mandaui tibi vt alij mandares an tu eadẽ pœna tenearis sicuti ipse mandans, scilicet quod tibi pax non prosit, & ad veritatem huius rei prius quęrendum an tenearis ex homicidio, nã si teneris venit in consequentiã quod cõprehendaris sub statuto.

Quæro igitur an tu qui mandato meo mandasti Titio vt seium occideret ex homicidio tenearis, vt videtur quod sic ex pluribus Primo loco per textu. in l. si sciente ad l. Pompon. de Parricid. 2. per doctrinam Bart. in l. aut quia aliter §. hæc verba versi. 3. ff. quod vi, aut clam. vbi dicit quod si pro homicidio sit statutum quod quis puniatur in mille tenetur qui facit homicidium fieri faciens, & mandans, secus si diceret statutum, qui fecerit homicidium puniatur in mille, nam tunc proprie dicti omnes non venirent, sed executor tantum, sic & in casu nostro quare videmus pacem nec tibi, nec mihi prodesse, nam præterea tu causa causæ fuisti cum si tacuisses hoc sciens actum non fuisset.

8 Quid si tibi dedi pecuniam vt alium occideres, an prosit pax de dicto statuto, ego puto quod non proderit, nam licet sint diuersi casus, tamen quo ad rem nostram idem sunt, & eadem pœna omnes puniuntur vt declarat Bart. in dict. §. si mandato meo. Nec dicere valet quod cum quis dederit pecuniam videatur transferre omnem dolum, & culpam in occidentem, nam propter viginti aureos, & minus quis faceret fieri homicidium, & postea esset absolutus habens intentum suum.

Hæc autem differentia est inter mandatum, & hunc casum, nam mandatum est gratuitum vt Inst. de mand. sed casus hic de pecunia est locatio, & conductio; quare ex prædictis omnibus concludendum est pacem nec mandanti nec conducenti prodesse.

9 Pręterea occasione dictæ dictionis, Ex, quæro in quo differat a dictione, Propter, & Bart. in l. 1. §. emancipatur versic. 1. ff. de coniung. cum eman. dicit quod, Ex significat causam proximam vt supra nos quoque diximus, dictio vero Propter remotam, sed ego puto quod vtraque dictio idem significet. & inter se iste cõfundantur, nam, ex aliquando pro Propter ponitur vt idem Bart in l. cum filius §. hæres meus versic. 2. ff. de leg. 2. quare idem erit in casibus supradictis si statutum dicat ex homicidio, vel propter homicidium pax non prosit, & hæc satis quo ad hanc dictionem, Ex dicta sint.

10 Secundo loco præmitto duplex esse eius gen. & quando dicimus hoc in loco de iure gentium non est intelligendum de illo iure gentium quod fuit eo ipso, quo gentes esse cœperunt l. 1. ff. de acq. re. dom. sed de secund. postquam gentes creauerunt §. ius autem Inst. de iu. nat. gen. & Ciu. nam non solum illud dicitur ius gen. de d. l. 1. sed & quod apud omnes gentes pereq; obseruatur d. §. ius autem & d. l. 1. supra hoc tit. nostro, sed melius, & diffusius me explicabo inferius in q. memb. sub versic. 10 vbi de Emptione, & Venditione verba sum facturus.

11 Summatur lex nostra secundum Paul. de Cast. ponuntur quædam quæ fuerunt de intentione iurisgentium. Et ex his satis videntur declarata illa verba priora Ex hoc iure; modo deueniamus ad alia verba tex. quæ a nobis sunt interpetranda, ac examinanda, quæ verba quot eruut, tot & notabilia, seu membra, vt diximus superius, erunt.

IN VERBO. BELLA.

SVMMARIVM.

1 *BELLA vtrum sint de iure gentium rationibus demonstratur.*
2 *Bella inter homines vero, & vim, & iniuriam repellunt*
3 *Bella alia licita, alia illicita.*
Considerandum est quod principaliter fit, non quod secundarie.
4 *Quæ requirantur ad hoc vt bellum sit licitum latissime demonstratur.*
5 *An bellum in dubio præsumatur licitum.*
Princeps habet potestatem a Deo pascendi oues, non autem opprimendi.
6 *Bellum licitum an in omnibus cadere possit.*
Bellum aliud particolare, aliud vniuersale.
7 *Bellum vniuersale quid sit.*
Pro rebus suis tuendis licet mouere bellum de iure nat. gen. & Ciuil.
Princeps vtrum possit vti in bello personis infidelibus.
Papa, vel alius Princeps Christianus vtrum possit fœdus inire cum Turca.
An quis possit mouere bellum sine Principis autoritate.
8 *Quicunque faciat bellum illicitum iussu principis an excusetur.*
Non est subditorum cognoscere arcana Principum.
Quisque subditus in bello debet parere, alias punitur.
Quisque subditus tenetur bellare pro Principe, nisi ex quibusdam causis excusetur.

9 Bellum

24 *Iniuria facta ab eo qui loco patris sit vtrum repelli possit.*
Quid in patre erga filium in sacris constitutum.
Quid in patre spirituali.
Quid in vitt. ico.
25 *Vtrum per solas minas possim alium occidere.*
26 *Vtrum sit licitum defendere res nostras alium occidendo.*
27 *Violentiarum species quot, & quae sint.*
28 *Vtrum in foro poli res nostras defendendo sit licitum aliquem occidere etiam fugientem cum telo.*
29 *Quid in Clerico.*
30 *Vtrum sit licitum pro defensione alicuius, aliquem occidere.*
Iniuria facta filio videtur facta patri.
Iniuria facta nurui censetur facta socero.
Iniuria facta vni ex consanguineis censetur facta toti familiae.
Iniuria facta discipulo censetur facta praeceptori.
Iniuria facta famulo censetur facta Domino.
Iniuria facta socio censetur facta alteri socio.
Iniuria facta Clerico censetur facta Episcopo.
Iniuria facta Episcopo censetur facta omnibus suis Ecclesiis.
Iniuria facta Monaco censetur facta Monasterio.
Iniuria facta Ciui videtur facta toti Ciuitati.
Iniuria facta vassallo censetur facta Domino.
Iniuria facta vni ex Collegio censetur facta Collegio.
Iniuria facta Colono censetur facta Domino.
Hominem homini insidiari nefas esse.
31 *Quotuplex sit homicidium.*
32 *An quis teneatur si alium aggressum non defendat.*
Dignos esse morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt.
Vox populi, vox naturae.
Vtrum quis teneatur defendere res alienas.
Clericum non defendens an efficiatur irregularis.
33 *Quotuplex sit consensus.*
34 *Vtrum liceat verbis famosis verba famosa repellere.*
35 *Vtrum insultatus cum possit fugere an debeat fugere.*
36 *An de iure communi liceat Bannitos offendere*
Banniti nostri temporis aequiparantur deportatis.
37 *Vtrum valeat statutum quod Bannitus possit impune offendi.*
38 *Vxor bannita vtrum possit adulterari cum possit occidi ex forma statuti.*
39 *Bannitus qui est in manibus familiae vtrum possit occidi impune ex forma statuti concedentis Bannitos impune posse occidi.*

B *Quid*

Quid in carcere existente.
Quid in ducto ad patibulum.
40 *Quid interim si bannitus dicat de nullitate Banni.*
Debitor est à quo inuito potest exigi.
Seruus qui gerrit se pro libero, non habetur pro libero.
Appellari frustatorie non suffragatur.
41 *Quid interim si dictus Bannitus appellauerit, & velit ostendere se iuste appellasse, an possit impune occidi.*
42 *An statutum, quod Banniti impune possint occidi, procedat etiam in foro poli.*
Licet magis occidere Bannitum ex forma statuti, quam vxorem adulterio deprehensam.
43 *Bannitus qui ex forma statuti potest impune occidi, vtrum possit se defendere.*
44 *Si Bannitus non possit, & se defendant qua pœna debeat puniri.*
45 *Bellum illicitum particulare quid.*
Ipsum quod Duellum dicitur vtrum licitum sit, vel illicitum.
Ad duellum prouocato vtrum sit licitum recusare.
46 *Pœna in quibus incurrunt Duellum facientes ex Concil. Triden. & ex infinitis Bullis Pontificum, & nouissime PP. Clementis VIII. latissime demonstrantur.*
47 *Torneamenta quæ sint licita.*

SECVNDVM MEMBRVM.

BELLA. Notatur itaque ex secundo membro legis nostræ Bella esse de iure gentium.

1 Sed contrarium videbatur dicendum ob aliquas rationes. Primo loco quia potius sunt de iure naturali, cum ius naturale sit quod competit omnibus animantibus in prin. instit. de iur. nat. gen. & Ciu. sed huiusmodi bella competunt omnibus animantibus quia & bruta quoque animalia se defendunt, & pugnant, ergo non de iure gen. sed de iure natur. proueniunt.
Secundo bella sunt iniqua, & illicita, ergo non poterunt prouenire ex iure, cum iniquitas non debeat ex iure oriri l. meminerint C. vnde vi. quod bella sint iniqua probatur in auth. de armis in prin. & l. 1. in prin. C. de cad. toll. quod autem sint illicita probat D. Tho. Aquin. aduocatus meus 2. 2. q. 40. art. 1. ex Matth. c. 26. nam inquit omnis qui accipit gladium gladio peribit, & c. 5. ego autem dico vobis, non resistere malo. & Rom. 12. Non vos defendentes carissimi, sed date locum iræ, & alijs rationibus, & authoritatibus

idem

idem probari posset.

2 Sed his, & similibus non obstantibus contrarium (& bene non solum de iure Ciuili, sed Canonico) in tex. nostro reperitur decisum.

Ratio est quia tantum apud omnes gentes huiusmodi bella obseruantur, vt notum est, & ideo Bestiæ tantum corpus, homo vero, & corpus, & iniuriam defendit, & hæc est differentia, & ratio dicendi, fateor enim quod hęc defensio veniat a natura, idest a ratione naturali, quæ ratione, vt dicit Io. Coras. in suis comm. ad l. vt vim hoc nostro titulo redditur bona, cum bruta animalia, quæ mente carent nec iniuriam pati, nec facere dici possint l. itaq; ff. ad l. Aquil. ideoque non est dubium quin solis, & omnibus congruant hominibus bella, corporisque, & iniuriæ propulsatio l. 1. §. ait prætor ff. si quad.

Neque obstant deducta in contrarium, & ad id quod primo loco dicitur, respondetur procedere sine moderamine inculpatæ tutelæ, prout est in bestijs, & in bello absque ratione, & requisitis de quibus infra dicemus, secus de bello licito, quod quidem de iure gen. venit.

Sed Bart. sibi est contrarius ibidem versi. 5. vbi dicit quod populare cum moderamine inculpatæ tutelæ est de iure gen. & solum gentes humanę vtuntur, ecce quod vno loco dicit Bart. quod moderamen venit de iure ciuili, & alio loco de iure gen. vnde Ias. in d. l. vt vim versi 17. dicit Bar. non posse defendi, & neminem adhuc reperisse qui eum defenderet, & sic transit, & idem dicit Riminal. ibi. Sed dicatis Bar. non sibi contradicere, nam dicit prius quod dedit moderamen ius Ciuile, & hoc verum est, & vers. 5. dicit quod sit de iure gen. non quod habuerit originem, sed quia seruatus apud omnes gentes, vt ex verbis ipsius satis constat, nec ideo minus est de iure gen. quod ab eo habuit originem, quam quod apud omnes gentes obseruatur §. ius autem Inst. de iure nat. gen. & ciui. ibi. n. non fit mentio de tempore aliquo, & ideo quid potest dici origine fuisse de iure ciuili, & obseruari apud omnes gentes, nam putatis vos emptionem, & alia de quibus in tex. nostro eodem tempore fuisse obseruata in toto mundo? non certe, nam verisimile non est cum non fuerit primis temporibus meum, neque tuum, & ideo postquam fuit facta hæc diuisio cœpit prius vendi in vno loco, & postea in alio, vnde quod obseruabatur in vno loco, postea fuit vbique obseruatum, & ex effectum de iure gentium, & sic facte in esse naturalis ratio suadet. Potest & alio modo dici, quod cum semper etiam de iure naturali homines propulsauerint vim, & iniu-

summ.in verbo, Bellum, illud bellum licitum esse, in quo hæc tria concurrunt, scilicet, Autoritas Principis, Iusta causa, Intentio recta.

Autoritas Principis, ipse enim reipublicæ cura commissa est, vnde dicit Aug.contra Faustum, ordo naturalis mortalium paci accomodatus hoc posit, vt suscipiendi belli autoritas, atque consilium pœnes Principes sit. Principis autem cuiuscunque autoritas semper requiritur siue secolaris, siue Ecclesiastici, secolaris pro temporalibus, Ecclesiastici pro Ecclesia c. quod culpatur 24. q. 1. c.1.q.2.& hinc nota quod de facto fuisse dicit Bal.l. cum cognatum C.de ingen.nam si mortuo Papa,vel Imperatore,& dux eius ceperit aliquem in bello,captus non dicitur seruus,& potest testari,hoc refert,& sequitur Matt.Lauden. in Tract. de bello q.26.

Iusta causa qua id meruerint c. Dominus Deus noster 23. q. 3. ibi dum dicit,quæ vlciscuntur iniurias,quod est ex D.August.in lib.83 quæst.sed licet sit iusta causa tamen non debet facere bellum antequam ipse Princeps denunciare fecerit, & indicere bellum Bald. in l.pen.C. de obse.patro.a libe.præst. Petr.Gregor.Tholos. syntagmi iuris parte 2. lib. 19. cap. 2.& 3. & nota quod Papa potest facere bellum cum Christianis propter iustam causam c. pro humani de homicid.lib.6.

Intentio recta, vt bonum promoueatur, & malum euitetur d. cap. quod culpatur, & c.militare.

5 Sed hinc quæro an bellum in dubio præsumatur licitum, vel illicitum,iustum,vel iniustum.

Variæ sunt in huiusmodi q. doctor.opiniones,prout dicit d. Lup. in suo tract.de bello,& bellat.sed relictis omnibus dicas distinguendo; aut ille qui facit bellum est habilis, & aptus ad bellum licitum,aut non est habilis,si non,putabitur illicitum, caret enim illis partibus,quæ bellum faciunt licitum,si est habilis, scilicet quod facile posit habere causas requisitas, tunc in dubbio putabitur bellum licitum,princeps enim cum habeat potestatem a Deo pascendi, & iudicandi subditos non autem delinquendi, & opprimendi cap.1.distin.40.& cum hominem homini insidiari nefas sit vt in l.3 vt vim hoc nostro sit, ideo censebitur iustum, cum quisque præsumatur bonus l.omnimodo C.de inoff.testam. l.cum quidam de lega.2.& l.cum pater §.ideo, eodem tit. quare in hoc casu erit iustum, cum præsumatur,quod Princeps velit suo fungi officio,& quod tamquam homo homini nocere absque aliqua causa nolit.

6 Hinc quæri potest an in omnibus hoc bellum licitum cadere possit, Et respondetur secundum Paul.de Cast. in hac l.nostra, quod

duplex

ad l.Iul.maiest.nam potius, immo absolute tenentur subditi pro Principe bellare, nisi propter infirmitatem, vel ętatem excusati fuerint, vel etiam propter sexum, quales sunt mulieres, vt ostendit Mart. Laud. de bello q. 41. preterea scias quod si Princeps faciat statutum, vel editum; quod vnus ex familia ad bellum ire debeat non includitur qui habet minus quam decem, & octo annos, qui non est idoneus ad pugnam glo. in c. circa princ. de pace iur. sir. quam gl. sequitur Mart. Laud. q. 12. vbi supra.

9 Ex his igitur notare poteris in omnibus bellum licitum cadere posse diuersis modis, & scias prout Dom. Sotus de Iust. & iure lib. 5. q. 1. art. 6. ait, quod bellum ex vtraque parte non potest esse licitum, nisi ex ignorantia, nam vbi ignorantia non est, ex vna parte bellum erit illicitum.

10 Sed cum dixerimus in omnibus hoc bellum licitum cadere posse, licet diuersis modis, non absque vtilitate erit quærere, an in omnibus personis Ecclesiasticis hoc bellum cadere possit, & dicas, aut intelligitur hæc quæstio circa potestatem dandam faciendi bellum vt d. c. quod culpatur, vel quod persona Ecclesiastica possit conuocare alios ad bellum, aut vero quæritur an armorum exercitium facere possit.

De primo non est dubium, quod præfati possunt dare potestatem alteri quod bellum faciat d. c. quod culpatur & cap. fin. ne Cle. vel mon. lib. 6. c. ex litteris de exce. prelat. can. Clerici 23. q. 8. immo milites ad bellum conuocare possunt, & præsertim contra infideles, vt in cap. ab imperatoribus, & in c. Maximianus 23. q. 3. & in c. administratores cum seq. 23. q. 5. c. quicumque §. his ita. c. hortatu, & c. vt pridem §. fin. 23. q. 8. D. Thom. 2. 2. q. 40. arti. 2. Lad. Milin. de Iustit. tom. 1. tract. 2. disput. 108.

De secundo casu dicas, quod nemini ex personis Ecclesiasticis licet bellare, & exercitium armorum facere, nam huiusmodi personę non possunt propria autoritate, seu dignitatis, vel eius officij aliquem interficere, seu militare ne reddantur inhabiles ad exercitium, & officium Sacerdotis, vt in c. nimium, & in c. reprehensibile 23. q. 8. & in c. miror cum. seqq. & in c. de his Clericis quasi per totam 50. dist. & in c. ex multa de uot. in quibus locis colligitur, quod tales personæ sint ad armorum exercitium inhabiles, debent enim non alienis, sed suis armis vti, eorum autem arma, vt dicitur ex Ambros. in c. non pila 23. quęs. 8. ibi. Non pila quæ sunt ferrea (non arma Christi milites) coactus repugnare noui: sed dolor fletus, orationes, lacrymæ fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo,

nec possumus resistere: fugere autem, & relinquere Ecclesiam non soleo seruum Christi non custodia corporalis, sed Domini prouidentia sepire consueuit. tradit autem nobis alias rationes D. Thó. 2.2.q.40.artic. 2 inquit enim ad bonum societatis humanæ plura sunt necessaria. Diuersa autem à diuersis melius, & expeditius aguntur, quam ab vno, vt patet per Philosophum in sua Politica. Et quędam negotia sunt adeo sibi repugnantia, vt conuenienter simul exerceri non possint. & ideo illis, qui maioribus deputantur, prohibentur minora. sicut secundum leges humanas militibus, qui deputantur ad exercitia bellica, negotiationes interdicũt. bellica autem exercitia maxime repugnant illis officijs quibus Episcopi, & Clerici deputantur propter duo. Primo quidem propter generalem rationem, quia bellica exercitia maximas inquietudines habent: vnde multum impediunt animum à contemplatione diuinorum, & laude Dei, & oratione pro populo quæ ad officium pertinet Clericorum. Et ideo sicut negotiationes propter hoc, quod nimis implicant animum, interdicuntur Clericis, ita & bellica exercitia secundum illud 2. ad Tim. 2. Nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus. Secundo propter specialem rationem. Nam omnes Clericorum ordines ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub Sacramento representatur passio Christi secundum illud. 1. ad Cor. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat, & ideo non competit eos occidere, vel effundere sanguinem, sed magis esse paratos ad propriam sanguinis effusionem pro Christo, vt immitentur opere, quod gerunt ministerio. Et pp hoc est institutum, vt effundentes sanguinem, et sine peccato, sint irregulares. Nulli autem, qui est deputatus ad aliquod officium, licet id, per quod suo officio incongruus redditur. Vnde Clericis non licet oĩno bella gerere, quæ ordinantur ad sanguinis effusionẽ. licet videatur eis permissum, maxime contra infideles ad bellũ iustum milites, ac gentes armorũ conuocare vt in c. ab Imperatoribus, & c. Maximianus 23. q. 3. & in c. administratores cũ seq. 23. q. 5. & in c. quicunque §. his ita. & in c. hortatu, & in c. vt pridem §. fin. 23. q. 8. immo possunt interesse in bello, & industria dare, & milites exhortari, vt in c. igitur, & in d. c. vt pridem in §. 1. & in c. omni timore, & in c. sene eadem causa, & q. & in c. sciscitaris, & ibi bona gl. 7. q. 1. Host. in sum. in tit. de Treu & pa. in §. quid sit in iustum bellum, & per alios DD. in d. c. quod super his, & c. ex multa de voto, & in c. sicut dignum de homi. & in c. sicut de iniciur. & in c. dilecto de sen. excom. Caueant tamen prelati, seu Clerici, vt dicit d. Io. Lup.

 vbi

vbi supra ne dicant, aut clament, vel digito ostendant dicendo occidas illum, vel illum, nam erunt irregolares, & adducit c. ex literis de excess. pręl. & c. significasti de homic.

11 Sed unum notandum scias quod Clerici vocati a Papa licite ad bellum ire possunt c. 1. 23. q. 1. d. c. Maximianus 23. q. 3. Inn. in c. sententiam. Ne cle. vel mon. & c. olim de rest. vspol. col. 3. & omnes non tam Clerici, quam laici qui in bello licito vitam amittunt pro fide, & Ecclesia acquirunt cęleste regnum c. omnium Romanorum 23. q. 8. c. omnium 23. q. 5. & quod dictum est de Clericis procedit secundum Cald. in c. petitio de hom. sine periculo irregolaritatis, & ratio est, quia irregolaritas tantum est de iure positiuo c. is qui de senten. excom. lib. 6. idem tenuit Couar. in Clem. par. 2. § 2. idem Lodo. Molina de iustit. tom. 1. tract. 2. disput. 108.

12 Sed d. Molina connumerat quatuor casus in quibus licitum Clericis arma capere.

Primus casus est pro defensione sua.

Secundus pro defensione necessaria patrię.

Tertius, si causa victorię, Clerici futuri essent.

Quartus, pro saluanda vita innocentis, sed ideo absque notabili suo periculo.

13 Sed quaro quomodo peccent Clerici si pugnent extra pręd ictos casus.

Et distinguas secundum Mol. vbi supra, aut sunt in sacris ordinibus, & tunc crimen est lethale, vt patet ex c. quicunque Clericus, & c. Clerici, c. quicunque ex clero, & c. quo ausu 23 q. 8. tales enim pœnę, vt inquit d. Mol. non ponuntur nisi pro tali culpa. Aut in minoribus sunt, & aut sunt beneficiati, & dubitatur quod sit crimen lethale, aut non sunt beneficiati, & tunc aut gaudent priuilegio fori, puta quod sint in seminario aliquo, vel seruiant alicui Ecclesiæ, & tonsuram, & habitum habeant, & tunc venialiter peccant. Aut non gaudent priuilegio fori, vt qui tantum habitum habent, & tunc secundum d. Mol. nec peccant venialiter, & scias prout dicit ipse, vbi supra disput. 110. quod non incurrunt irregularitatem, licet peccent omnes, aut plus, aut minus, sed hoc procedit si non occidant, sed tantum bellent, sed hoc certe raro in bello accidit, nam qui facit bellum, aut percutit, aut percutitur, tamen postquam ipse dicit tene menti,

14 Sed an hoc bellum licitum diebus festiuis fieri possit, & distinguas, prout omnes summ. distingunt, aut fit propter necessitatem bellandi, aut non, si fit propter necessitatem nullum peccatum est Treguas de Tre. & pa. esset enim Deum tentare c. si nulla 23. q. 8. D.

Tho.2.2.q.41 art. 8. Si vero fiat huiusmodi bellum sine necessitate secundum D.Card.Gaet.quem, & summa Armilla sequitur est peccatū, sed non mortale, nisi ideo sacra relinquantur puta Miss. Sed Mol.vbi supra disput.111.dicit quod,& in occasione bona pugnandi licitum est bellum in diebus festiuis.

15 Aliud nunc saepe ruenit quęsitum, vtrum scilicet occidentes in bello licito teneantur aliquo iure. Et statim respondendum est de iure ciuili non teneri,quia quod faciunt, faciunt lege permittente,& per hoc licitum bellum est,nec iure canonico,seu in foro conscientię tenentur,eadem ratione, & ad hoc videas l. si seruus C. de his qui ad Eccles.confu. sed hoc non procederet si conscientia esset deprauata propter prauam intentionem,iracundam,& furore plenam,vt in c.quod culpatur 24.q. 1.

Quid vero dicendum erit si bellum esset iustum,& quidem concludendum est cum D.Card.Caiet. in verbo bellum vbi, & sum. Armyll. sequitur illum, aut certo sciebat huiusmodi bellum esse iniustum, aut vero non sciebat, vel dubitabat, si sciebat, non debet parere Principi, nam potius Deo, quam Principi debent parere, & ideo peccatū facerent, sed si nescirent ignorantia excusaret a peccato, si in dubio nec ideo peccant Mol.vbi supra disput.113.& hoc corroborant ea quę diximus superius,non enim subditorum est cognoscere secreta Principis,sed cum quisque bonus praesumatur, & memor salutis aeternae pro est reg.vulgata, ideo milites putare debent Principem non nisi iustis de causis moueri ad bellum faciendum. Qui autem facient bellum illicitum tenentur ad omne damnum, & peccant, vt omnes sum. in verbo bellum concludunt, quod & apud DD.nostros procedit,nam qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, quando causa est coniuncta damno l. si mulier ff. rer.amo.Bald.in c.sicut nobis de testi. sed hoc intellige pro vt dicit Molin.vbi supra si sciebat bellum esse illicitum, nam in foro conscientiae si nesciebat, & postea sciuerit non tenetur, & ratio est, quia non peccarunt, sed restituent ea in quibus sunt facti locupletiores, sed extranei milites debent inquirere an sit bellum licitum, nec ne alias peccant d.Mol. disput. 114. sed hoc rationibus pluries generalibus deductis non videretur procedere, cum & in subditis & in extraneis militibus ęqualiter videantur militare, cum Princeps semper, & bonus, & iustus pręsumatur, alias late diximus.

16 Sed cum non solum de iure ciuili,sed etiam in foro poli,huius legis nostrae occasione, quaerere profiteamur, alia etiam in ipso foro poli quaeramus pręterea ad hoc, vt Bellorum cuncta,& de

iure ciuili, & canonico nubis nota sint.

Primum erit quæsitum an captiui licite, & absque peccato possint occidere fideles, & an teneantur ad restitutionem remigantes, vel alia obsequia præstantes in bello Turcarum contra fidele, & circas hoc constituendæ sunt secundum Molin. vbi supra disput. 115. quinque conclusiones.

Prima est quod similes captiui non possint occidere fidelem etiam metu mortis, & ratio est quia quisque potius debet mori pro Ecclesia, quam viuere contra Ecclesiam.

Secunda est conclusio, quod metu mortis, vel alterius notabilis detrimenti fas est remigare.

Tertia est conclusio, quod non facient dicta sine culpa lethali, si non erunt & præd. causæ, & ratio est, quia re ipsa cadunt in damnum innocentium.

Quarta est conclusio quod tenetur etiam periculo mortis si Ciuitas liberanda esset, vel aliquod maximum damnum captiuus operando esset allaturus.

Vltima est conclusio, quod captiuus metu mortis, vel mutilationis alicuius membri, potest in externis damnum dare contra fideles, & ex his colligas totam hanc q.

17 Secundum est quæsitum an in bello licito possint etiam occidi innocentes in foro poli, & dicas quod ex intentione non possunt occidi, facit illud Exod. 13. Infantem, & iustum non occides, vnde vt ait dict. Molin. vbi supra disput. 119. Turcæ infantes seruandi sunt, & mulieres licet non vt infantes, sed si sine culpa sint. Sed præter intentionem, & per accidens possunt occidi, exemplum sit, si oppugnaretur tota Ciuitas in qua, & innocentes essent, tunc n. licet sciatur ibi esse innocentes, tamen potest Ciuitas igne comburi, vel alio modo omnes occidere, hoc patet ex sodoma, & alijs Ciuitatibus, vbi Deus, & infantes occidit igne, & diuuio, & si infantes non occidantur, & innocentes possunt seruos fieri vt est consuetudo antiqua, & hic Pisis quotidie uidemus venire mille, & plus singula vice, quando redeunt triremes Nostri Serenissimi Magni Ducis. Fallit tamen prædicta regula pænitus in bellis Christianorum, in quibus nec nocentes, nec innocentes serui fiunt tam de iure Ciui. is quam in foro poli, sic enim est consuetudo vt Couar. reg. Peccatum part. 2. §. 11. vers. 6. dicit multos allegando.

18 Tertium est quæsitum, verum pacta inter hostes efficaciter valeant, & videtur dicendum quod non valeant, nam fides hosti seruanda non est l. 1. §. non fuit de dolo. l. nihil de capti. Attamen Bart. in l. 1. vers. 1. ff. ad l. Maies. distinguit. Aut pacta facta fue-

iunt a priuato aut a Duce seu generali exercitus vel alio superiori, seu locum tenenti, si a priuato inquit ipse non valent, quæ opinio Bart. non mihi placet propter eius generalitatem, ideo potius distinguerem de priuato sic, aut pacta facta erant de rebus publicis, vel mixtis cum publicis, aut erant mere priuata, si erant de rebus publicis, vel mixtis non valent, nec tenetur ipsa seruare, & sic poterit contra placita, & conuentiones venire, si vero sunt simpliciter priuata valebunt pacta l. iuris gentium §. si paciscar ff. de pactis l. qui seruum mihi de verb. obl. & hinc est quod dicit Dom. Sotus de Iust. & iure lib. 4. q. 2. art. 2. quod seruus hostium potest fugere, sed secus est in seruis qui passi sunt se se venundari ad pretium participandum, & in his qui fidem dederunt non fugiendi, nam isti fugere nequeunt, & hinc est quod Valerius Max. laudauit lib. 1. c. 1. de Relig. M. Attil. Regulum qui ex victione speciosissimo insidijs Hasdrubalis, & Xanthippi lacedemonij ducis; ad miserabilé captiui fortunam deductus, ac missus ad S.P.Q.R. legatus, vt ex se, & vno, & sene complures Pœnorum iuuenes pensaretur, in contrarium dato consilio, Carthaginem repetijt, non ignarus ad quam crudeles, quamq; etiam merito sibi infestos hostes reuerteretur, verum is iurauerat, si captiui eorum redditi non forent ad eos se rediturum. Quæ religio hec est? videtis igitur pacta inter hostes seruari præsertim quando adest ius iurandum; Hec te moueat quod in duobus casibus serui fugere non possint, in alijs vero maxime contra quod dicit gl. in c. ius gentium distin. 1. vbi in genere dicit seruos non posse aufugere, quam conclusionem d. gl. desumpsit ex c. si quis seruus 17. q. 4. vt dicit Sotus de iust. & iure loco superius citato, nam respondet ipse Sotus quod d. c. solum prohibet non quis seruum, vt recedat, sollicitet, quod de emptis, & de his qui fidem dederunt intelligi potest. Neque obstat dicta l. et §. non fuit de Dolo, nec d. l. nihil de Captiu. Respondet enim AEmil. Ferrett. in l. item quia §. item Iuliano vers. 5. ff. de pactis, nam ibi captus ad obligandum se nihil egerat, & ideo si quis fide, neque data, neque accepta, dum in vinculis est, & apud hostes vi, & per insidias, fugerit recte eum fugisse arbitretur, & hæc Ferr. responsio bene videtur fundata, nam in his legibus nullum pactum reperitur, immo gl. in d. l. nihil dicit in verbo fallacia i. licita, & sic non contra pacta.

Sed veniamus ad pacta Ducum, vel aliorum superiorum, circa quæ dicit Bart. in d. l. 1. & in l. conuentionum ff. de pactis, quod pacta a dictis personis facta valent, & tex. est vt dicitur ad litteram in leg. 1. in prin. ff. de pactis, & scias quod hæc pacta valent, & se

exten-

extendunt tantum quo ad ea in quibus habent autoritatem, & secundum autoritatem sibi datam, cum enim gerant vicem principis contra voluntatem illius nec ipsos fecisse, nec facere potuisse tenendum est vt dictus Ferrett. vbi supra vers. 6. demonstrat.

19 Hinc autem nota quod dicit Mart. Laudensis de bello q. 44. quod in bello potest agi per insidias ad hoc vt habeatur victoria, sed dummodo fides non rumpatur, quod probatur ex c. Dominus 3. q. 2. cum alijs similibus per eum relatis, & idem tradit d. Mol. vbi supra disput. 111. quod idem tenuit D. Thom. 2. 2. q. 41. art. 3.

20 Et hęc dicta sint de bello publico, seu vniuersali, nunc vero de priuato, seu particolari dicamus.

Particolare bellum etiam duplex est, vel enim licitum est, vel illicitum; licitum bellum est quod fit lege permittente, vt in l. Vt vim hoc nostro tit. illicitum vero est Monomachia, seu duellum illicitum. Dicamus prius de licito, & postea de illicito verba faciemus.

21 Licitum itaque bellum est quando fit ad suam necessariam defensionem, de quo bello tex. est in d. l. vt vim. sed hoc est intelligendum dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, sed quando intelligatur fieri cum moderamine inculpatę tutelæ declarant DD. in l. 1. C. vnde vi, & mihi placet regula quam tradit Bart. in d. l. 1. quam desumpsit ex l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. scilicet quando aliter se tueri non poterat, nisi aliquid faceret, id est, si non percuteret, vel alio modo offenderet, nam defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur; adde quod in nullam incurrit irregularitatem clem. vnica de homicid. & quicquid dicant alij constitutione sublatum est vt testatur Did. Couar. in 3. par. relictio. §. vnico in prin. ratio esse potest nam occisus videtur a se ipso proprie occisus, & non ab aggressore aggresso, vt tradit Abbas in c. Clerici 1. leui, & hon. cle. & non solum contra sapientem resistere licet, sed etiam contra furiosum, vt tradit Bal. in l. 1. col. x 1. vers. Quid de furioso C. vnde vi, vtriusque enim arma offendunt. Item secundum Bart. in d. l. vt vim vers. 5. contra mentecaptum, & dormientem vim vi repellere licet, & hoc forsam eadem ratione. Sed quęro an puniri debeat dormiens si homicidium fecerit, & concludunt DD. quod non, ita Card. in cle. 1. de homic. sed hoc procedit quando esset dormiens simpliciter, scilicet quod iste dormiens sepe solitus sit ita facere, nempe currere cum armis, vel alio modo dum dormit. sicuti ego hic Pisis aliquos cognosco, qui dum dormiunt, eunt per totam domum, exclamant, currunt, & alia huiusmodi peragunt, cum quibus non est bonum dormire, sed si tales nollent soli dormire scientes

tes

tes solitum suum tunc ii a iq ie n occidant ex homicidio punien-tur, vt in simili videas tex. in l. si putato ad l. Aquil. tenuit Bart. Rom. Alex. & Ias in l. 1. §. 1. de acq. poss. & m ilti alij quos refert Decius, & Rimil. etiam post eum in d. l. vt vim.

Immo inquit Decius ibidem contra Clericum vim vi repellere licet, & non incidit in excommunicationem c. 3. de sent. ex com.

Immo secundum gl. in c. Felicis de pœn. in 6. contra Cardinalem idem tenuit Angel. & Decius ibidem vers. 8.

Immo contra Imperatorem clem Pastoralis §. cæterum de re iud.

Immo, contra Papam Corras. in sua pract. crim. §. circa versic. 87. Clar. in pract. crim. §. homicidium vers. præterea etiam, alias refert Riminal. in d. l vt vim vers. 66.

Sed hic animaduertendum est, quod prædicta quo ad Cardinalem, & præcipuè quo ad Imperatorem, & ad Papam pro vt sonant falsa reddi videntur ex his, quæ asserit Ludou. Molina de Iust. & iur. tract. 3. disp. 14. concl. 2. ordo enim, & lex charitatis postulat, vt aggressus in casu proposito teneatur præferre tantum commune bonum, quod communitati, prouenit ex vita Imperatoris, vel Papæ, suę propriæ vitæ.

22 Sed multa sunt quęsita discutienda, ad hoc vt hanc materiam defensionis licitæ, & belli liciti particolaris diffuse videamus, itaque omnia in medium proponemus, quibus expeditis ad illicitum bellum transitum faciemus.

Primum, itaque, præter superius a nobis expedita, erit quæsitum vtrum scilicet liceat se defendere contra Iudicem, & Bart. respondet in d. l. vt vim, hoc nostro tit. & est gl. in l. non videtur, quam tu videas, quę est 128. vers. qui iussu ff. de reg. iur. Aut Iudex iussit hoc fieri tanquam persona publica, aut tanquam priuata, si tanquam publica non licet vim vi repellere si tanquam priuata licet. Item si tanquam persona publica aut licite, & iuste iusserat, & tunc non licet resistere pro vt dixi, aut illicite, & notoriæ iniuste iusserat, & distinguo, aut mandat quod est inreparabile per appellationem, aut est reparabile, si est inreparabile, vt si mandet te esse suspensum, & occisum, & tunc poteris te defendere, & hoc est quod dicere voluit Riminal. in d. l. vt vim vers. 271. cum multis seqq. si est reparabile non poteris, & hanc materiam optime, lateque pertractat Paul. de Cast. in l. 1. §. ius autem supra hoc nostro tit. Ias. quoque in d. l. vt vim vers. 19.

23 Secundum est quæsitum, quod si quis dixerit occidisse Titium, an teneatur probare ad sui necessariam defensionem occidisse. Hanc q. tract. Ias. in d. l. vt vim in prim. in qua dicit duas esse DD. opiniones,

niones, prima est affirmatiua, quam tenuit Bal. in l. 1. C. de Confess. col. xi. vers. Item tu assessor. Card. in clem. 1. q. 26. de homicid. Palm. in c. significasti 2. concl. eo tit. Angel. de Malef. in gl. § quomodo possit probari. Marf. in rub. C. de prob. vers. 353. Ioan. de Ami. Cons. 77. Rom. sing. 28. Fernard. Vasq. lib. 3. de success. creat. § . 23. vers. 24. pro qua plura possunt considerari, & adduci.

Primo loco tex. in l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. vbi debet quis se defendere in necessitate, sed ista necessitas debet apparere, vt infra dicam alias non creditur.

Secundo tex. in c. 1. §. si quis hominem, in verbo Non necessario, de pace ten. ibi si allegauerit se iudicem habere suspectum, certam eodem causam iustæ suspectionis assignet, ita, & in casu nostro idem dicendum erit.

Tertio tex. in l. is qui aggressorem C. de sic. ibi si in dubio vite discrimine potest occidere, sed non apparet hoc nisi probetur.

Quarto Doctrina Bart. in l. 1. §. ait prętor ff. ne quid in lo. publ. vbi prius debet fieri lex. municipalis quod possit vendi, & postea vendatur, hinc notat Ias. in d. l. vt vim vers. 1. quod non satis est probare offensionem nisi probetur qualitas.

Quinto tex. in l. fideicommissa §. si rem de leg. 3. vbi colligitur quod qui necessitatem allegat debet ipsam probare.

Sexto quia præsumptio est contra occidentem l. 1. C. ad l. Cor. de sic.

Pro contraria opinione Ias. qui ipsam sequutus est, & alijque ipse refert, & de communi testatur, & Caner. in sua pract. crim. §. circa rub. vers. 128. multa faciunt omnes fundamenta.

Primum est, quia ad probandum quod quis fecerit ad suam defensionem in delictis admittuntur probationes dubiæ, & a personis suspectis, hoc patet inquit Ias. quia ad probandam defensionem admittuntur testes per verbum Credo, ad quod probandum adducit Bart. in cons. quod incipit Vanutius, & idem consil. Ias. dicit fuisse allegatum ab Alexand. in consi. 76. Incip. Visa inquisitione form ata.

Secundum est quia in criminalibus admittuntur testes domestici, nempe frater, pro fratre, & cum sit gl. in l. diem proferre §. si plures ff. de arbit. quæ dicat quod magis debemus credere duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus, tamen in criminalibus tam negantibus, quam affirmantibus creditur quę omnia probantur a Ias. in d. l. vt vim vers. 4. 5. & 6. quem videas, ergo & ipsa defensione debemus considerare necessitatem.

Tertium est eiusdem Ias. ibidem, quia delictum præsumitur factum

tempore

Neque obstant argumenta superius deducta, respondetur enim vnica responsione ad d. l. scientiam, & alias tum autoritates, tum rationes deductas, quod certum est debere probari insultum, sed cum probatum sit insultum, sequitur quod sit probata defensio, eaque putetur necessaria, cum insultatus præsumatur semper fecisse ad suam defensionem licitam vt Ias. ibidem vers. 9. demonstrat, ergo cum sit manifestum de insulto prius facto necessitas probata erit, nam insultatus iudicio omnium non debet expectare vulnus, & postea se defendere, sed ex his quæ dicam melius me capies, dicunt enim D D. & præsertim Ias. & Riminal. in d. l. vt vim in proposito Bart. sibi contrarium esse, ex eo quod dixit in l. si quemcunque, & ex eo quod ait in l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. quæ quidem contradictio a multis diuersis modis soluta, & concordata, quos refert Rimin. in d. l. vt vim vers. 84. sed vt potius breuitati consulam in hac re quę est parui momenti, ad ipsum me remittendo in prædictis breuiter quicquid in hac re sentiam exponam. Dico igitur nullam esse contradictionem, nam Bart. in d. l. sed si quemcunque dicit, quod si probo aliquem venisse contra me cum cultello, & ego ipsum occidam, statim probo defensionem meam, quod ex ipso tex. patet. sed in d. l. scientiam §. qui cum aliter dicit, quod non satis est dicere aggressus fui simpliciter ad hoc quod probata sit defensio necessaria, sed debeo probare, quod aliter euadere non poteram, & hoc ex ipso tex. apparet. Hic vt dixi nulla est contrarietas, sed potius notabis regulam, quod non satis est dicere aggressus fui simpliciter, ad hoc quod probata sit defensio, nam forsam pugno insultatus fuisti, sed debes dicere probando aggressus fui cum cultello, vel alio modo, vnde aliter me tueri non poteram, nam in primo casu non valet, quia multipliciter potest quis insultari, sed in omnibus insultatus non potes occidere, sed in secundo casu secus est, quia sunt arma contra te stricta, & hęc est ratio diuersitatis, & sic tu ex collectione harum Bart. doctrin. secundam colliges regulam, quod idem est occidere defendendo se, illum, qui cum cultello contra te venit, & illum qui tibi huiusmodi insultum fecit, vt aliter euadere non posses, nisi occidendo, semper enim his duobus casibus tua defensio probata est.

Sed in prædictis sciendum est, quod aggressorem postea fugientem non licet occidere, ita Bart. ab omnibus receptus in l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad l. Aquil. secus si illic persisteret, nam præsumitur quod iterum velit repercutere, vt ibi notat Bart. Hinc etiam determinat Couar. in §. vnico 3. par. relict. 6. ipsum incurrere

D in irre

in irregularitatē, quē videas tñ de iure te late mriam pertractantē
24 Tertium est quæsitum, vtrum iniuria facta ab eo, qui loco parentis sit, vel domini repelli possit, & Bart. in d. l. vt vim hoc nostro tit. respondet, quod non, & ratio est, quia non videntur similes personæ offendere posse D. Thom. 2. 2. q. 55. art. 2. itaque non poterit filius vim vi repellere contra patrem Decius in d. l. vt vim. vers. 21. & 22. & hinc notandum est, quod dicit gloss. quam Bart. etiam sequitur, in d. l. vt vim versic. 4. quod s. omnis iniuria quæ fit a parente vsque ad septimum gradum non præsumitur, facta animo inferendi iniuriam, ergo non potest dici talis offensio nisi licita, & hæc dicunt DD. procedunt in matre, cui reuerentia debet præstari l. congruentius C. de patr. potest. facit l. furiosæ ff. de cur. fur. & dicitur circa correctionem procedere in filijs patris emancipati l. prætor §. sed, & si quis ff. de iniu. semper enim sancta filio, libertoq; eius persona videri debet l. honor. C. de obseq. sed non procedit in patre habente filium in sacris constitutum ordinibus, quem nec corrigendo poterit verberare, secus si sit tantum in minoribus, quia tunc poterit, si vero verberet in sacris constitutum ordinibus erit excommunicatus, pro vt concludunt DD. & præsertim Riminal. in d. l. vt vim vers. 255. Ad hoc etiam scias potestatem corrigendi esse etiam in patre spirituali, nam plus reuerentiæ ipsi, quam patri naturali debetur gl. in c. qualis 2. q. 7. sed hanc potestatem non habet vitricus, abusiue enim, & improprie pater est l. merces la 2. de verb. sign. & ideo ipsum sine venia in iudicium vocare potest, vt contra gl. tenent Fulg. Alexand. & Iaf. in l. parentes ff. de in ius voc. sed in adoptiuo aduertas, pro vt DD. omnes determinant, aut habet in potestate filiũ, aut non habet, primo casu poterit corrigere, in secundo vero casu nõ poterit.
25 Quartum est quæsitum an per solas minas possim alium occidere & Ias. in d. l. vt vim vers. 14. distinguit, aut est in actu, aut non, primo casu si minatur te occidere habens arma, & cũ armis te minatur poteris illum occidere, exemplum videas in l. 1. C. qua. lic. se fine iud. vin. ibi Mortem quam minabatur excipiat, & id quod intendebat incurrat. melius enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare ecce ergo quod debet esse actus, cum quo ipse minetur te occidere, vel offendere velle.
At prædicta intelligenda sunt esse vera quando aggressus, tunc non occidendo aggressorem, cognosceret se ab eo interfectum fore: Si enim aliqua ratione posset mortem euadere non esset eo casu aggressoris occisio medium necessarium ad propriam mortem euadendam atque adeo non esset occisio aggressoris cum moderami-

tamine inculpare teneri.

26 Quintum est quesitum cum liceat nos defendere, an liceat defendere res nostras alium occidendo, & concludunt DD. in dict. l. vt vim, nempe Bart. Ias. & alij quod sic, & ad hoc probandum Bart. adducit l. 3. §. cum igitur, & l. cum fundum ff. de vi, & vi arm. Ias. in dict. l. vt vim versic. 17. adducit gloss. in cap. 1. §. si quis alium de milit. vasal. & multorum DD. doctrinas ibidem adducit, Sed ego adduco vobis casum decisum in toto tit. C. quando lic. vni. se si iud. vind. nam ibi datur facultas ab Imp. vnicuique offendendi depopulatorem agrorum, & alios fures, ergo licitum est defendere res nostras, cum data sit facultas offendendi eos, qui res nostras dePredare velint, & sic potest fieri regula vniuersalis, quod liceat defendere res nostras.

27 Sed nunc videamus in quibus casibus habeat locum dicta reg. & circa hoc diuisiones violentiarum, quæ fiunt, adducendas esse puto. Summam violentiarum, & diuisionem DD. multi tradunt, & præsertim Ias. in l. 1. vers. 1. C. vnde vi. vbi dicit violentiarum quinque esse species, nam quædam est violentia expulsiua, quædam ablatiua, quędam compulsiua, quædam irrelatiua, & quædam inquietatiua, quare vtile putabo singulas declarare, & in quibus possit quis resistere, & quomodo demonstrandum esse iudico. Et quo ad primam violentiæ speciem attinet, scilicet ad expulsiuam, dicit Ias. Expulsiua est illa, quæ cadit proprie in rebus soli, vnde est pro tali violentia interdictum vnde vi, & si vult tantum solum, & quod probare possis in iudicio vel per testes, vel alio modo, competit tibi remedium ex l. si quis in tantam C. vnde vi, & eum occidere non potes l. furem, iuncta gl. de sica. si vero vides te non habere plenam probationem immo nullo pacto te posse probare, ipsum tunc occidere pateris d. l. furem, & si contra te in tali violentia cum armis veniat, tunc licite in eum inuades, vim enim vi, vt supra diximus, repellere licet. Abliatiua est, illa quæ habet locum in mobilibus proprie, & pro ista competit actio interdicti vi bonorum raptorum, vt in tit. vi bon. rapto. & defendere res nostras possumus in hac violentia, sicuti declaratur in d. l. furem. ibi furem nocturnum si quis occiderit, ita demú impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit. Complusiua est, qua aliqui compellitur aliquid dare, vel tradere, sed hec in iudicio non armis defenditur. Turbatiua est, vt l. si seruus ff. de acq. re. dom. & contra istam resistere licet inquit Bart. in d. l. vt vim vers. 6. Vltima est violentatia inquietatiua, vel vt inquit Bart. ibidem violentia edificando, vel huiusmodi, & tunc dicit Bart. licet resistere mea auto-

§. 6. rub. de Iniur. verf. 5. & iniuria facta vxori videtur facta marito l. 1. §. item autem ff. de iniu. l. iniuriarum actio, & ibi DD. C. eodem Azo in sum. de iniur. verf. 12. Cla. in pract. §. iniuria verf. item iniuria, vbi de communi Natta Conf. 6. verf. p. & iniuria facta seruo censetur facta domino d. §. item aut. l. stuprum, & l. seq. ff. eodem Anto. Gomez. vbi supra, & iniuria facta nurui censetur facta socero d. §. item aut. & §. patitur Inst. eodem Mafoccin. in c. olim verf. 18. verf. socer etiam de Iniur. Azo vbi supra verf. 12. verf. sed, & socer Hostien. in sum. de Iniur. verf. 5. & iniuria facta consanguineo non solum videtur facta alteri consanguineo, pro vt supra diximus, seu proximiori, sed toti familię Bart. in l. lex Cornelia, a nobis superius deducta, in prin. ff. de iniu. & ibi Alex. in add. in littera B. generaliter dicit, Angel. ibidem verf. 5. M. socc. in c. olim verf. 20. extra de iniur. Decis Pedam. 15. verf. 6. & decis 104. verf. 3. Menocch. de arb. Iud. lib. 2. casu 26. 3. verf. 1. Mascard. de prob. lib. 1. conclus. 68. verf. 4. surd. Decis. Mantu. 89. verf. 1. & iniuria facta discipulo censetur facta præceptori Iodoch. in pract. crim. cap. 137. sub. verf. 10. Farinacc. pract. crim. de var. & diuer. crim. q. 105. verf. 285. & iniuria facta famulo censetur facta domino secundum gl. & Bal. in l. si quis homicidij C. de accusat Alex. in add. ad Bart. in l. item apud labeonem §. si quis seruo ff. de iniur. Petr. a Plac. in epith. de delict. lib. 1. cap. 6. verf. 15. & iniuria facta socio in itenere censetur facta alteri Ang. in d. l. apud labeonem Farinacc. vbi supra verf. 286. & iniuria facta Clerico censetur facta Episcopo Petr. de Plac. in epith. delict lib. 1. cap. 6. verf. 15. & 18 Vin. decis. 279 verf. 6. Farinacc. ibidem verf. 291 & iniuria facta Episcopo censetur facta omnibus suis ecclesijs, & præsbiteris Hostien. in c. olim verf. q. verf. cæterum iniuria extra de iniur. & ibi etiam Io. Andr. verf. 4. ante medi sub eo dem verf. cæterum Anton. de Butr. sub. verf. 7. Abb. verf. 2. in 2. notab. Socc. in verf. 8. & 14. verf. & non solum, & iniuria facta Monaco censetur facta Abbati, conuentui, & Ecclesiæ Petr. de Pla. vbi supra verf. 18. Ang. in l. 1. §. item aut. verf. 1. ff. de iniur. & iniuria facta Ciui, videtur facta toti Ciuitati Bart. in d. §. item aut. Aret. in §. seruis autem verf. 6. Instit. de Iniur. Nicas. in §. patitur verf. 3. Inst. eadem; & iniuria facta Vassallo censetur facta Principi Alber. in d. l. item apud labeonem §. f. verf 2. in fine ff. de iniur. & ibi Ang. Nicas. in §. seruis verf. 5. Inst. eadem, & ibi etiam Aret. verf. 6. & iniuria facta vni ex collegio, seu vniuersitate censetur facta omnibus l. iure prouisum C. de fabr. cen. lib. 11. c. cum desideres de sent. ex comm.

Aben.

bent puniri, etiam alia pęna scilicet temporali, circa quam difficultatem diuersæ sunt opiniones. Tu dic quod non ualet consequentia iste est irregolaris, ergo pęna temporali debet puniri.

31 Sed ad maiorem huius rei intelligentiam, quando quis debeat puniri, & irregolaritatis, & temporali pęna etiam, Nota quod quatuplex est homicidium, prout tenet Iacob. de Graffis Decis. aur. par. 1. lib. 2. de homicid. Volun. cap. 62. uers. 8.

Primum est quod nullatenus est peccatum, nulloq; pacto incurrit in irregolaritatem, & est illud quod committitur a furioso, uel infante, uel alio qui aliter mortem euitare non potest iusta clem. 1. de homic. l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil.

Secundum est, quod non est peccatum, sed inducit irregolaritatem, & est quando Iudex iuste iudicat, uel proximus iuste defendit, uel miles in bello occidit c. 1. l. 1. distin. c. sententiam, ne cle. uel mon. & in his duobus nulla datur pęna temporalis, nec etiam in hoc secundo homicidio, licet per hoc secundum fiat irregolaris, unde patet, quod non ualet consequentia, fit irregolaris per homicidium ergo, & pęna temporali puniri debet, nam iudex qui iuste damnat non punitur, neque ille proximum defendit, neque ille, qui in bello licite pugnat, nam hoc iure est permissum omnibus supradictis.

Tertium est homicidium, & est peccatum, & inducit irregolaritatem quod committitur sine uoluntate directa occidendi, ut excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, uel alias illicitæ, de quo loquitur finis c. 7. sen. 14. concil Triden. & circa hoc homicidium in temporalibus, seu de iure Ciuili punitur in solo excessu, non autem pęna homicidij, ut notauimus, & habetur in l. 1. C. de sica. sed uideas, ea quæ supra diximus.

Vltimum est homicidium quod, est peccatum, & inducit irregolaritatem, quod est quando fit per insidias uoluntate directa occidendi, de quo loquitur principium d. c. 7. concil. Triden. & de iure Ciuili punitur ex d. l. 1. C. ad l. cor. de sic. & ex his habet expeditum primum argumentum.

Secundo modo arguo ex tex. in d. l. ut uim, vbi dicit ob tutelam corporis sui, non autem alieni.

Sed breuiter respondetur per Bart. quod satisfactũ dicitur si fiat pro filijs, patre, uel pro dictis late superius, & præterea, ut supra notaui, dicit sui, quia sæpius in suo accidere solet, & hæc responsio satisfacit Riminal. in dict. leg. ut uim, uers. 378. & per eum cumulatis.

32 Septimum quæsitum principale ex prædictis oritur, an scilicet quis,

impossibile apparet, eripiat, i. Sed, & hoc in rebus amplius l. 1. de iurisd. omn. iud. c. praeterea de off. deleg. & praesertim si sciamus neminem auxiliū esse daturum, & hoc procedit in extraneis etiam, sed fortius in seruis, in filijs, in Vassallis l. vtrum, & l. sciente ff. ad l. Pom. de parric. de vassallo in d. l. vtrum & ibi Bart. vers. 3. & l. 1. §. sed in eo ff. ad S. C. Syll. sed circa hæc postremo dicta facit l. 3. ff. ad Syll. Corroboratur in eo, qui poterat defendere Clericū, & non defendit, qui fit irregolaris, & ratio est, quia praestitit consensū autoritatis, sine defensionis, vbi peccat consentiens, quā faciens & magis punitur c. qui aliorum 24. q. 1. c. qui consentit 11. q. 3.

33 Hac autem occasione scias, quod quotuplex est consensus.

Primus est, consensus negligentiæ, vbi minus peccat consentens, quam faciens, c. consentire 83. distin.

Secundus est consensus consilij, vbi similiter minus peccat consentiens, quam faciens, sed magis quam primus c. tanta 85. distin.

Tertius est consensus cooperationis, vbi æqualiter punitur consentiens, & faciens c. notum 2. q. 1.

Quartus est consensus autoritatis, vt supra diximus, & ad hoc videas bonam gl. in c. 1. de off. deleg.

Sed quid si post factum homicidium Clerici quis ratum habuerit? Respondetur quod qui in corde habet homicidium mortaliter peccat, qui vero intrinsecus, & extrinsecus ratum habet licet sit excommunicatus, non tamen efficitur inregolaris, cum inregolaritas requirat culpam necessariam homicidij c. si aliquis de homic. & optime docet hæc Iac. de Graff. decis. Aure. in 1. par. lib. 2. cap. 64. versic. 14. & 15.

Quare ex supradictis, & multis alijs, & rationionibus, & autoritatibus Decij. & Rimin. opinionem licet minus communem, tamen veriorem, & humaniorem esse puto, & magis amplectendam, scilicet quod quis teneatur defendere proximum.

Verum quia hæc conclusio distintione, & maiori declaratione indiget, & præsertim illud An teneatur tertius occidere iniustum aggressorem ad proximi vitam defendendam, & in quo articulo, sicut in altero, videlicet an teneatur pro defensione bonorum externorum, aliquæ sunt difficultates, ideo vos remitto ad tractata per Molin. de iust. & iur. tract. 3. disput. 17. n. 3. & sequentibus.

Neque obstat argum. Bart. nam breuiter respondetur, quod aliud est necessariam petere defensionem, aliud est ad maiorem cautelam petere, si petit ad maiorem cautelam tuncprocedit argum. Bart. vt colligitur ex d. l. metum, quam allegat Bart. ibi. si quo magis te tueret, nam illud magis, vt inquit Riminal. in d. l. v-

E vim

vim vbi supra supponit positiuũ l. vbi aũt non apparet de verb. obl. & idcirco retorquetur potius arg. nã si multo magis sum obligatus propter pecuniã, ergo etiã obligatus sine pecunia, & si non tm; si ad necessariã defensionẽ tunc nõ procedit; in simili distinctione videas tex. in l. si quis a liberis in prin. iuncto §. Sed si filius ff. de alen. lib.

34 Octauum est, quæsitum an liceat verbis famosis, verba famosa repellere, & Ias. in d. l. vt vim dicit quod sic, cum vita decus, & honor æquiparentur vt l. iusta, & ibi gl. in verbo Infamiæ ff. de manum, vindict. Immo notat Bart. in l. quæ omnia §. sed si aduersarius ff. de procurat. quod si quis tibi dixerit tu commisisti tale crimen poteris dicere, Mentiris, honoris tui causa, sed ad hoc probandum Bart. adducit tex. in l. qui cum natu maior §. si libertus ff. de bon. liberto. & tex. in l. si quis graui valetudine §. vtrum ff. ad Syllan. Praeterea adducitur, Cynus in l. 1. C. vnde vi, & Ias. hanc sequitur opinionem in d. l. vt vim vers. 36. Pau. de Cast. in l. f. ff. quod quisque iuris vers. 4. & ibidem Alex. vers. 5. est præterea de hac materia consil. quod pro Ias. adducitur Castren. 277. causa incarceratorum col. pen. vol. 2. in nouiss. sequitur causa incarceratorum col. pen. vol. 2. in nouiss. sequitur Grammat. Cons. 29. vers. 29. & Conciuis meus D. Calefatus conf. 89. vers. 8. vol. 3. crim. & alij multi, quos refert Riminal. in d. l. vt vim vers. 407. Sed contrariam opinionem veriorem esse puto, quam sequuti fuerunt Felinus in cap. dilecti versic. decimo de except. Abb. in cap. 1. de iniur. Claud. Aquens. in dict. leg. vt vim versic. 125. & Zoannet. vers. 94. Deci. quoque, & Rimin. in fine, quæ opinio firmatur per tex. in leg. 1. C. vt rem. lic. se si iud. vind. Item per id, quod notat Butr. Abb. & Imo. in c. peruenit 2. de iureiu. vbi limitant regulam, quod frangenti fidem, licet fidem frangere, nam procedit, si ita demum obligationes respectiuæ sunt. 1. respectentes, vel ad idem factum tendentes, secus si ad diuersum, sic in casu nostro, si tibi dico latronem, & tu mihi dicas falsarium, ecce quod diuersa est iniuria tendit. n. ad diuersa; Insuper prout dicunt allegati DD. esset vlcisci, & non defendere, cum tu mihi dicas iniuriam, & ego postea dicam tibi, quod non licet, sicuti nec licet vlcisci pro corpore c. significasti 2. de homic. & si dixisti lattonem Titium esse, & Titius dicat te esse, falsarium, ecce quod viua est iniuria tua, & Titij remanet, & ideo si lex hoc permitteret, videretur permittere iniurias fieri, & multiplicari, quod non est dicendum.

Sed non obstant argum superius deducta, nam ad argum. Ias. respondetur, quod termini non sunt pares, nam pro tuenda vita

agitur

agitum de defensionem, sed iniuria verbali de qua loquimur agitur de vindicta, vt demonstraui.

Ad doctrinam Bart. in d. l. quæ omnia, respondetur, quod iniuriam potest negare, nam si dicis Titio latronem esse, & ipse dicat non est verum tunc procedit doctrina Bart. nam negat quod dixit, nec noua iniuria ipsum maculat, & hoc verum est quod potest fieri. Si autem diceret mentiris, vel ei pugnum daret, tunc non esset iusta defensio, sed vindicta, vt asserit Sot. & Carrerius, quos refert, & sequitur Molin. de Iust. & iure. tract. 3. quæst. 17 nu. 8.

Neque obstat doctrina Cyni, nam procedit de iniuria facti, nec consil. Castren. nam factum est, quia proter nimium dolorem mariti toleratur, qui difficillime temperari potest iusta tex. cum ibi not. per Angel. in l. si adulterium cum incestu §. Imperatores de adulr.

Stet igitur firma conclusio, quod iniuriam verbalem alia iniuria quis non possit repellere, sed bene quod possit dicere non est verum.

35 Nonum est, quæsitum, quod si insultatus possit fugere an debeat fugere, & Bart. in d. l. vt vim in fine facit distintionem, quam per te videas, aut enim timet verecundiā, aut non si timet verecundiam debet permanere vsque ad actum occisionis, si non timet verecundiam. debet fugere, & hanc distintionem fecit idem Bart. in l. 1. C. vnde vi, & ibidem Bal. col. 5. & in c. 1. §. p. de pa. tenen. Aret. in §. ius autem gentium Inst. de iure nat. gent. & Ciuili, Decius in d. l. vt vim, & ibidem Riminal. nu. 404. & ibi etiam Ias. in fine in dubitatam opinionem vocat Zoannet. in 2. part. n. 35. & alij multi communem vocant, vt per Camer. in pract. crim. §. 8. circa nu. 131. & hoc multis rationibus procedit, nempe per l. Iulianus ff. si quis om. cau. testam. per l. iusta deman. test. & per l. 1. §. cum dominus, ad syll. & per multa comprobatur iura, quibus patet ad fugiendum non teneri.

Sed ego quoque ipsum puto debere fugere, qui timet verecundiam dum est insultatus cum armis, si ipse insultatus non habet arma, nec aliud refugium, ad saluandum vitam, nisi fuga, nam si non fugeret, certe in sanus esset, quia hoc esset mani festum vitæ luę, & inreparabile periculum, nam qui timet verecundiā non debet fugere, si aliqua ei spes est se defendendi, & vulnerandi potius inimicum, qui vero non timet verecundiam, semper potest fugere, & sua commoda recipere.

Prædicta autem procedunt etiam in foro Poli, licitum enim est defendere honorem, nam si est nobilis qui offenditur, non tenetur fugere, etiam si fugiendo vitam saluare posset, sed quoque potest occidere inimicum, sed in nominibus tantum procedit, & in illis,

non de bannitis nostri temporis, nam proprie, & vere dicuntur inimici, de quorum bello diximus superius, & ideo in omnibus non debet esse eadem dispositio, cum non omnes eodem modo sint inimici.

37 XI. Est quæsitum principaliter, cum de iure communi banniti non possint impune offendi, vt conclusum est, quæro vtrum possit fieri statutum, quod possit impune occidi, & respondetur quod sic, ita Io. And. in add. ad specul. in tit. de const. in fine, in vlt. add. Bart. in l. omnes populi nu. 23. infra hoc tit. nostro, & ibidem Ias. nu. 45. idem Ias. in d. l. vt vim nu. 16. vbi eos deducit Prosp. Farinac. in pract. crim. de var. & delict. crim. q. 103. num. vbi latissime de bannitis pertractat. fundamentum huius opinionis est Bar. vbi sup. quo in loco coniungit duas ll. prima est l. amissione de c. dim. vbi ille, qui nõ est obediens illi, sub cuius imperio est, hẽ vt transfuga, & hostis; & perdit iura suæ Ciuitatis. Secunda lex est l. 3. ff. ad l. Cor. de sica. vbi transfuga, & hostis possunt etiã ex forma legis, seu iuris communis impune occidi; ergo, & iste ex forma statuti; & ita seruatur in practica; imo qui occidit vnũ bannitum potest remittere alium bannitum, & lucratur quandam summam aureorum, & ita aliquando vidi seruatum fuisse.

38 Sed nota quod vxor eius non potest adulterari, etiam si ipsa esset bannita, neque obstat quod qui vult plus concedat, & quod minus est, vt est reg. vulgata, nam d. regula procedit quando in maiori continetur minus, & non aliter, ita Card. Flo. in cle. ne Romani opp. 4. de elect. actus autem adulterij separatus est ab actu hoc occidendi, & idcirco non potest adulterari, præterea firmatur huiusmodi conclusio, quia adulterium ita per se malum est, vt ex nulla causa iustificari possit, immo si statutum hoc concederet, non valeret, cum esset contra ius Diuinum, & contra mores, talia enim statuta non valent vt communiter tradunt DD. Bart. duce in l. omnes populi infra de iust. & iure, ergo etiam si esset statutum permittens, non posset adulterari, ergo multo minus non existente aliquo statuto, sed ex interpretatione.

39 XII. Est quæsitum principaliter, vtrum d. statutum, quod bannitus impune possit occidi, habeat locum in eo bannito, qui est in manibus familiæ, & dicendum est quod non, & ideo occidens talem bannitum statuto suprad. non iuuatur secundum Albert. qui ita testatur communiter seruari, & approbari post disputationem q. ad partes in tract. Statut. q. 36. part. 4. Gandin. tit. de Bannit. pro malef. nu. 16. Necell. in tract. de Bannit. in 2. par. temp. 2. q. 38. vbi dicit ipsum occidentem non teneri pœna læsæ maiestatis,

sed

ſed pęna l. Corn. deficar. menoch. de arbit. libr 1. q. 90. nu. 53. multos forſan ad nu. 50. aſcendentes adducit Farinacc. pract. crim. de var. & diuerſ. qq. q. 103. nu. 302. quod magis procederet in carcerato Bar. in l. ſi laqueum ff. de acq. rer. dom. & in l. eiuſ dē §. transfugas ff. de Sica & in l. legis Iulię ff. ad l. Iul. de vi priu. Bal. in l. libertus ff. de ſtat. hom. Ducen. reg. 68. in 6. limit. Petr. à Plach. in epithom delic. lib. 1. cap. 36. num. 20. Marſil. in pract. §. aggredior nu. 24. & ſeqq. & in ſingul. 150. incip. Acceſſus ad meretrices verſ. nam licet ex forma ſtatuti, Farinacc. vbi ſup. nu. 303. & eo magis procedit prędicta concluſio in occidentem bannitum qui ducitur ad ſuplicium Bald. in l. addictos nu. 3. C. de epis aud. Marſil. vbi ſupra n. 24. & ſeqq. Deuen. vbi ſupra in 5. limit. monticell. reg. crim. 3. nu. 38. Baiard. in add. ad Clar. §. homicidium nu. 264. Farinacc. vbi ſupra nu. 304.

40 XIII. Eſt quæſitum principaliter, ſi ſtante d. ſtatuto quis dicat ſe iuſte eſſe bannitum, & ſuper hoc moueat licet lite pendente, an habeatur pro non bannito, & non poſſit impune occidi. Hanc q. tractant DD. in l. poſſideri autem §. ſi ſeruus quem ff. de acq. vel omitt. poſſ. vbi vnanimiter diſtingunt, aut per modum appellationis, aut per alium modum: ſi per modum appellationis, tunc non poteſt aliquo offendi, & in hoc art. DD. conueniunt: aut per alium modum, & tunc poteſt, ſed non tranſit abſque difficultate ſecundus hic caſus, nam extat diſcrepantia Bart. contra alios tenentes poſſe offendi. Nos adducemus argumenta vtriuſque partis, & poſtea pro veritate concludemus.

Pro opinione Bart. adducitur l. cum vero in prin. ff. de fideic. lib. vbi dicitur quod ille cui debetur libertas fideicommiſſaria, propter ſpem videtur eſſe in quaſi poſſeſſione libertatis, ita iſte, inquit Bart. in d. §. ſi ſeruus.

Secundo loco adducitur tex in l. ſi quis exhæredato §. quod ſi quis fuerit, de Iniuſt. teſtam vbi idem eſt effectus ſuſpenſionis, ſiue ſententia ſit imitanda per appellationem, vel alio modo.

Tertio ſi bannitus debet occidi, bannito proprie debet intelligi, nam ille proprie eſt debitor, à quo inuito poteſt exigi, vt l. debitor de verb. ſing. & l. fideiuſ. §. 2. de fideiuſ. ſic & in caſu noſtro non erit iſte proprie bannitus, cum habeat exceptionem, & ſic non poterit offendi.

Cotraria ſententiam tenuit Dyn. quem refert ipſe Bart. & nullam rationem adducit, vt inquit Alex. in d. §. ſi ſeruus nu. 4. ſed ſimpliciter ſic determinauit, poteſt tamen aduci d. §. ſi ſeruus, nam licet ſeruus geſſit ſe pro libero non habetur pro libero antequam

pro-

pronunciatum sit super eo. Multa etiam, & varia praeterea in huiusmodi q. dicunt DD. quae omnia referre magis laboriosum, quam vtile esset, ideo deueniendo ad conclusionem dicas cum Alex. in d. l. si seruus nu. 7. quod si lis pendeat super appellatione, & hoc est primum caput diuisionis principalis, de qua supra, scilicet Dyni, Bart. & aliorum, aut appellatio erat irreuocabilis, aut frustatoria notorie, si erat irreuocabilis, iusta, & iure fundata, non potest offendi, si vero erat frustatoria notorie, poterit bannitus offendi, quia tali casu appellanti non suffragatur l. obseruare C. quo appel. non recip. l. constitutiones de appell. quo vero ad ad secundum caput, scilicet quaereret alio modo quam per appellationem, distinguit Alex. aut iste querebat de nullitate banni; aut per calumniam: Si iuste tunc non potest offendi, si per calumniam, tunc potest, nam in tali casu non debet suffragari l. 2. C. de Fals. l. pen. & l. fin. ff. de Procur. l. negocium de re iud. ad hoc Clar. in pract. §. homicidium vers. successi. quaero, infinitos deducit Farrinacc. pract. crim. de var. & diuers. qq. q. 105. num. 305. cum sequen.

Sed oritur dubitatio inquit Alex. vtrum lite pendente de nullitate ipsius banni, & antequam appareat, vtrum bona, idonea, vel mala; & non idonea, sit causa, iste bannitus possit offendi, respondet Alex. quod sic, nam lite pendente nihil innouandum, est text. vt lit. pen. l. diximus in prin. de excus. tut. Sed melius hanc materiam tractat Alexand. & presertim in cons. 65. & in cons. 77. lib. 3. ad quem me refero, & Farinacc. vbi supra nu. 309.

42 XIIII. Est quaesitum principaliter, stante dicto statuto, vtrum non solum ex forma statuti, & sic de Iure Ciuili possit Bannitus impune occidi, prout conclusimus, sed etiam de iure poli, & affirmatiue dicendum est, & hec conclusio extenditur etiam ad iniuste bannitum, qui etiam quo ad forum poli potest occidi, vt dicit Decius in c. cum dilecti nu. 38. de except. Iacob. de Graff. Decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 64. nu. 8. Bald. in l. 1 C. de paen. & hoc statutum extenditur etiã extra territorium l. 3. §. fin. ff. de fica. l. magis puto §. illud, de reb. cor. l. si fideicom. §. tractatum ff. de iud. Soc. consil. 74. nu. 17. sed peccaret mortaliter si occideret Patrem bannitum Decius in c. quae in ecclesiarum num. 14. de const. & scias quoque magis licitum esse presertim quo ad forum poli occidere huiusmodi bannitum, quam vxorem adulterio deprehensam, & ratio est vt dicit d. Iacob. de Graff. loco superius citato, quia de vxore permittit, & ideo maritus peccatum facit, & est irregolaris, sed de bannito lex concedit, & ideo tantum irre-

gularis

gularis efficitur; sed aduertendum, nam dicta procedunt quo ad forum poli si occidens bannitum occidat zelo iustitiæ, & publicæ vtilitatis, non autem vindictæ, quia tunc si occideret ad uindictam peccaret Nell. de bann. in 2. par. 2. tempo. q. 15. Farinacc. pract. crim. de var. & diuer. qq. q. 103. nu. 348. Prædictum autem statutum habet plures, ac diuersas limitationes, quas omnes connumerat d. Farinacc. vbi sup. nu. 194. cum multis seqq. quæ limitationes locum in omnibus casibus bannitorum, non solum quo ad forum fori, sed etiam quo ad forum poli, quæ omnes limitationes videndæ sunt.

43 XV. Est quæsitum principaliter, nam cum conclusimus, quod bannitus possit offendi ex ipsa forma statuti, nunc quæritur an possit se defendere, ita vt si se defendat alium occidendo debeat puniri.

Variæ sunt DD. oppiniones, alij enim tenent, quod bannitus non possit se defendere, & debeat puniri si se defendendo alium occidat, ita Nell. in tract. de bann. in 2. par. 2. tem. q. 94. Lodou. Bologn. cons. 63. Viso igitur Mars. in sua pract. crim. §. aggredior nu. 75. cum seqq. de communi fulgos. Claud. in d. l. vt vim, quos refert, & sequitur Riminal. ibidem nu. 20. Beniucass. Inst. de Actio. in prin. nu. 399. probabiliorem appellat Zoannet. nu. 33. pro qua opinione plura possunt considerari.

Primum est, fundamentum per regulam, quam diximus superius, nam quotiescunque vis est iusta, resistentia est iniusta, vt præter superius in prin. enumeratos, inter quos Bart. etiam tradit Nauarr. manual. cap. 15. nu. 8.

Secundum per tex. in leg. 2. C. quan. lic. se si iud. vind. & alia iura, nempe per tex. in l. milites agrum §. irreuerens ff. de milit. & in l. 1. ff. de fur. balne. & in leg. quemmadmodum §. magistratus ff. ad l. Aquil.

Contrariam vero sententiam sequuti fuerunt Bald. Tas. in d. l. vt Carrel. pract. crim. §. circa nu. 28. ex pluribus.

Primo loco quia defensio est de iure naturali, l. 1. §. vim ff. de vi, & vi arm. sed ius naturale non potest tolli per statutum l. 2. in fine ff. de vsuf. ea. rer. ergo

Secundo quia vnicuique licitum est redimere sanguinem suum etiam per viam iniustam l. 1. de bon. eor. qui an. sen. sibi mo. con.

Tamen his non obstantibus teneatis communem opinionem, & ab ea non recedatis.

Neque obstat primum argum. nam licet ius naturale non possit tolli potest tamen minui, & moderari per statutum, vt satis in puncto osten-

ostendit Dynus in c. indultum nu. 17. cum seqq. de reg. iur. in 6. Neque obstat secundum, nam intelligitur alio modo, prout declarat Riminal. vbi sup. vt puta dando pecuniam iudici l. 1. de bonis damn. vel alio modo, vt docet Nell. loco superius deducto. Nec faciatis limitationem Castren. in d. leg. vt si, si statutum dicat possit offendi, vel liceat nã semper statutũ hoc idẽ importat, pro vt etiam ibidem Deci. concludit, sciatis tamen, quod semper poterit fugere cum alios non offendat, nam se defendendo non potest alios occidere, non solum quo ad forum fori, sed etiam quo ad forum Poli, quod ex hoc, quod dicit Sotus de iust. & iure lib. 5. q. 6. art. 4. notabilis, quo in loco agit de damnato ad mortem, an liceat se defendere, & facit distinctionem quam supra fecimus in primo quæsitu principali in bello particulari licito, nam eadem videtur esse ratio sicuti in Judice, nam cum bannitum occidendi quis habeat facultatem, contra illum non videtur posse defendi, cum habeat hanc potestatem a statuto, & propter hoc dicatur minister iustitię, vt tradi Farinacc. pract. crim. de var. & diuer. qq. quæst. 103. nu. 154.

44 Sed quæro qua pæna sit puniendus iste bannitus, si occidat aggressorem defendendo se ipsum, & distinguendum est, aut ille qui offendit fecerat fauore Rei publicę, vel propter malum animum, quem in illum habebat, si propter Rempublicam faciebat, punietur bannitus ad l. Corn. de Sica. & iterum debet rebanniri in capite, vel alio maiori respectu qualitatis supplicio, nam forsan, vt tradit Rimin. erat bannitus propter debitum, si propter malum animum fecerit, tunc bannitus punietur de solo culposo crimine, nam statutum hoc factum est fauore Reiplublicæ, non autem priuatorum, & hoc patet prętcrea in l. 1. iuncta gl. C. ad l. Corn. de Sica. quæ omnia non habent locum, vt supra dictum est a nobis in eo bannito qui ducitur ad supplicium, non.n. ipse potest occidi, & ideo prædicto statuto non inuatur, vt Bald. in l. addictos C. de episco. demonstrat, & fallit etiã in alijs multis, vt notat Farinacc. prac. crim. de var. ac diuer. qq. q. 103. nu. 154. qui videndus. Et ex peditum est hoc caput liciti belli particularis, nunc vero deueniamus ad illicitum bellum similiter particulare.

45 Bellum itaque particolare illicitum est monomachia, seu duellum illicitum, quod fit contra iura, est itaque duellum illicitum, vt tradit Paul. de Cast. Ias. & alij in d. l. vt vim, præsertim de iure Canonico, immo inquit Ias. quod Angel. consuluit cuidam ad Duellum prouocato, qui nolebat pugnare, quod licitæ duellum possit recusari, & lucratus fuit c. florenos aureos, quare tenementi qui

ri qui poteris lucrari multum, & præsertim dicendo, quod si aliter faceret esset infamis vt cauetur in Concil. Trident. de Refor. sess. 25. cap. 19.

Prædicta autem conclusio probatur per Iaſ. vbi ſupra ex c. monomachiam 2. q. 5. & ibi gl. & ex c. quæritur 22. q. 10. & c. ex tuarum de purga cano. & c. 1. & 2. de purga vulga. & alios tex. præterea ad probandam hanc conclusionem adducit, ſed hodie res clara, nam huiuſmodi duellum facientes ex pluribus Pontificium bullis reperiuntur excommunicati, nam talis excommunicatio contra duellantes habetur in extrauag. Pij Papæ IIII. quæ incipit, ea quę, & eſt conſtitutio 25. eiuſdem in ordine eddita anno Incarnationis Domini 1560. Idibus Nouemb. Pontificatus eiuſdem anno 1. vbi excommunicantur cum reſeruatione omnes cuiuſcunque ſtatus. & dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quam mundanę (exceptis Imperatore, ac Regibus) in duello pugnantes, aut aliquos ad id tentantes, & prouocantes, aut locum, ſeu campum pugnandum dantes, ſeu concedentes, ac in illo aſtantes, & intereſſientes, ac certantes, comitantes, & comitiuam præſtantes, necnon conſulentes, ac adhærentes, & fautores, necnon cartas Duelli ſubſcribentes, aut affigentes, ſeu publicantes, ſeu de illo ſe intromittentes.

Similes conſtitutiones antea fecerunt Iulius Papa Secundus, vt patet in extrauag. q. eiuſdē in ordine, quę incipit, Regis pacifici, & Leo X. in extrauag. 29. eiuſdem in ordine, quæ incipit. Quam Deo. Et Clemens VII. in extrauag. 11. eiuſdem in ordine incipit. Conſueuit. & Iulius Papa III. in extrauag. 56. eiuſdem in ordine, quæ incipit. Cum ſit accepimus, & poſtea eadem, ſeu ſimilis conſtitutio eſt in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Reformatione cap. 19. & in extrauag. 82. Gregorij Papę XIII. quæ incipit. Ad tollendum, edita anno Incarnatio. Domin. 1583. anno Secundo ſui Pontificatus, cuius meminit Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 150. §. quinquageſima nona, & omnium prædicatorum Greg. Sayr. Theſau. caſ. conſcien. lib. 3. cap. 31 nu. 4. Eſt præterea Bulla Clementis Papæ VIII. quæ incipit Illius vicef. edita anno Dom. Incarnat. 1592. 16. Kalend. ſeptem. contra pugnates in duello publice, vel priuate contra quos ſub pœna excomunicationis Papæ reſeruatæ cauetur, cuius inter alios meminit d. Greg. Sayr. vbi ſupra nu. 21. dictę autem bullę hæc ſumma eſt.

46 Primo d. Bulla Clem. VIII. renouat quandam bullam Pij 4. de qua ſupradiximus, contra quoſcunque Principes, ac Domicellos ac alios omnes permittentes in ſuis dominijs, & terris duellum fieri, ac ſingularia certamina, aut diffidationes facientes, ac ad idem

idem inuitantes, procurantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, illisq; astantes, & interessentes, nec non chartas desuper subscribentes, aut publicantes, seui de illis se intromittentes; qui omnes, & singuli Imperatore, ac Regibus (si laici fuerint) maioris excommunicationis; &(si Ecclesiastici fuerint) vltra eam, etiã priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatis quæ ad illa, & alia in posterum obtinenta, pœnas eo ipso incurrant, à quibus non nisi à summo Pontifice absolui possunt.

Secundo innouat d. Decr. Concil. Trid. vt Imperator, Reges, Duces, Prencipes, marchiones, Comites, & quocunq; alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monomachiam in terris suis inter Christianos concesserit, eo ipso sint excommunicati, ac iurisditione, & dominio Ciuitatis Castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, priuati intelligantur: & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirãtur: qui vero pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum, suorum præscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ, iuxta sacros canones puniri debeant, & si in ipso conflictu decesserint, perpetuò careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in iure, quam in facto dederint; aut alia quacunque ratione ad id quemquiam suaserint, nec non spectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obstante quocunque priuilegio, seu priuata consuetudine, etiam immemorabili.

Tertio confirmat d. bullã Gregorij XIII. vbi præfatus Pontifex dicti Concilj Trid. pœnas extendit aduersus omnes, qui non publice, seu priuatim ex condicto, statuto tempore; & in loco conuento monomachiam cõmiserint, & iam si nulli Patrini, socijq; ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæue procuratoriæ, aut denunciationis chartulæ præcesserint, aut (quantum in se fuerit) non prohibuerint, nec non contra eos omnes, qui duellum huiusmodi fieri mandauerint instigauerint; auxilium, consilium, vel fauorem dederit, aut equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia subsidia scienter subministrauerint, aut ex composito spectatores, vel socios sese quouis modo præbuerint, etiam si illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt, impediti pugnam non commiserint, si per illos non steterit, quo minus illa committatur.

Quarto confirmat omnes tres prædictas, idest Pij 4. Concil. Trident. & Gregorij XIII. constitutiones, ac decretum, & locum habere

vult vbique gentium, & terrarum, inte quascunque personas, etiam armatas, & in castris, seu propugnaculis militantes, etiam in terris, & dominijs hęreticorum.

Quinto explicat in particulari personas, quę in prædictas pœnas incurrunt, & sunt istæ.

Primo scilicet quilibet miles, qui in bello publico, & forsan iusto indicto contra alterum, in aduersariorum exercitu militantem, siue alias hostium castris, præsidijs, aut terris degentem, priuatas inimicitias, & simultates publicæ, causæ, intermiscendo, etiam Ducum permissu ex condicto ad singulare certamen descendit, aut illum prouocat.

Secundo qui pactiones ineunt de dirimendo certamine, cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem effunderit, aut certus ictuum numerus vtrinque illatus fuerit, vel si conueniant, vt non singuli, cum singulis, sed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent.

Tertio locumtenentes, militum Duces, Capitanei in castris, vel extra ea in alieno vel hostili solo, qui cum militibus exercitus aduersariorum monomachiam in quocunque casu per præsentem, vel prædictas constitutiones prohibito, permittunt, vel quantum in ipsis, est non prohibent, aut post admissum crimen, veniam, & impunitatem concedunt.

Quarto, omnes, & singuli, qui suo, vel alieno nomine scripta manifesta, seu fedes vulgo appellata, in hac bulla prohibita, aut libellos, epistolas, earumue exempla dictant, componunt, scribunt, mittunt, deferunt, diuulgant, affigunt, exemplant e typis imprimunt, subscribunt, intimant, vel etiam verbo denunciant, seu attestantur.

Scripta vero quæ in hac bulla prohibentur sunt omnia illa scripta, seu fides vulgo appellata, quæ vel expresse prouocant ad huismodi certamen, vel sunt quę si quędam præparatoria ad chartulas, seu libellos, prouocatorios, & ad duellum, & illorum veluti radices, aut semina, vt plurimum lacessendi aliquem ad pugnam, & suscipiendæ simultatis, atque inimicitię materiam, & occasionem prębent, dum in illis per modum epistolæ, libelli aut publicæ attestationis, & intimationis, siue per authentica documenta siue per vnius, pluriumue Chirographi, subscriptiones, aut relationes sub prætextu proprij, vel alieni honoris, & famæ, more militari, aut vt vulgo dicitur, Cauallaresco tuendi, aut lędendi, siue ad illatæ, propulsatæue contumeliæ, ad iniuriæ propulsionem, probationem, seu tollendam illius suspicionem rei ali-

 cuius

cuius gestæ ad id pertinentis, vel verborum, aut responsionum series, & ordo narratur, vel ex simili abusu hac de causa aliquid tale firmiter asseritur, aut negatur, & qui contradixerit, is siue nominatim, siue in genere mendacij arguatur, aut mentiri dicatur, aut hunc effectum ex militari etiam consuetudine quæritur, declaratur, aut respondetur, qua mente, aut quo sensu quippiam huiusmodi, quod ad superius expressa spectat, gestum, dictumue sit, vel offert se quispiam contra certã, vel incertam personam, vel generatim contra quemcunque ad probandum armis, & verificandum etiam inito certamine aliquid ita esse, aut fuisse, vel non fuisse. Immo vero non solum prohibetur huiusmodi scripta ad effectum, de quo superius dictum est, sed etiam quæcunque denunciationes, declarationes, & testificationes talium rerum supradicta quoquo modo concernentium, & ob huiusmodi causas in locis publicis, vel priuatis, vbi hominum multitudo conuenire solet, etiam si scripto factæ fuerit.

Quinto qui alijs ad singulare certamen publice, vel occulte in eundum, vel ad prouocandum aliquem ad pugnam, siue ad huius generis scripta, quę manifesta, quæque chartulæ prouocatoriæ appellantur scribenda, dictanda, mittenda, deferenda, diuulganda, auxilium, consilium, operam, vel fauorem præstiterint, siue id suaserint, aut mandauerint, quiue in præmissis, vel eorum aliquo se quomodolibet intermiscuerint, etiam si neque pugna aliqua, necetiamen, aut effectus, nec accessus, aut actus ad pugnam proximus, neque expressa, & aperta prouocatio subsecuta fuerit; neque scriptiones prædictę, quę manifesta dicuntur in publicum prodiderint, aut cuiquam intimatæ extiterint, si per eos non steterit quo minus publicatio, aut denunciatio fieret.

Sexto denique omnes, & quicunque publice, vel priuatim, palam, vel occulte in quibuscunque locis, modis, & formis, ac casibus, in hac bulla, & alijs prædictis constitutionibus, videlicet Pij 4. & Greg. XIII. & Concil. Trident. decretis comprætensis, singulare certamen (quod duellum vulgo dicitur) ex composito ineuntes, nec non ad scelus suadentes, aut prouocantes, equos, arma, & commeatus præbentes, aut comitantes, vel circa chartulas, seu libellos litteras, nuncios, aut quęcunque alia scripta huismodi quomodolibet peccantes, huiusque delicti, socij, de industria spectatores patrini, fautores, defensores, quacunq; Ecclesiastica, vel mundana fulgeant dignitate.

Hi omnes, & singulares personæ sint cuiuslibet communicatis, vniuersitatis, Collegij, aut Reipublicę maiorem excommunicationem

ipso

ipso facto incurrunt, & si in ipso conflictu obierint sepultura Ecclesiastica perpetuo priuantur, Ciuitates vero, terræ oppida, vel castra, & loca in quorum territorij id facinus scientibus, & tacite, vel expresse permittentibus, aut tollerantibus Dominis, aut magistratibus, vel senatu, aut populo admissum fuerit, interdicto Ecclesiastico supponuntur: cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis absolutionem ab alio, quam a Summo Pontifice pro tempore existente pænitentia, ac satisfactione congrue peracta, nisi in mortis articulo constituti nequeant obtinere etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibusuis personis tam Ecclesiasticis cuiuscũq; ordinis, vel militię, status gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis etiã Imperiali, Regali, vel alia mũdana prẹheminentia insignitis per sedem Apostolicã in genere, vel in specie concessorum, quæ omnia quo ad præmissa nemini suffragari possunt. Pœnis alijs tã spiritualibus, quã temporalibus contra eos inflictis nihilominus in suo robore permansuris.

Itaque cum clare per se ipsã exemplis prædicta Bulla, vt quisque videt, se declaret, amplius in ea moram non faciemus, sed ipsam retulisse satis sit, ad hoc vt cognoscatur deformitas duellantium, vel aliarum personarum de quibus in ea verba fiunt.

47 Sunt, & alia bella, quæ ficta sunt, vt Torneamenta quæ fiunt cum armis, & aliquando cum bestijs, vt cum armis est hic Pisis bellum Pontis, & cum bestijs olim in multis locis, & etiam hic Pisis agitatio Tori, & aliarum bestiarum, & hodie Pisis etiam occiduntur in his Torneamẽtis lupi, vulpes, alia fera animalia absq; aliquo etiam minimo periculo hominum videntium, nam ita ex prouidentia Serenis. nostri Magni Ducis Aetruriæ locus accomodatus, vt quisque recte videre possit, & nullum adsit periculum etiam minimum; In his itaque bellis ea constituenda est regula propter Bullam summi Pontificis Pij V. Fel. Rec. latam Kal. Nouemb. 1567. cuius verba refert Nauarr. in suo manuali cap. 15. qu. 19. vel scilicet in huiusmodi Torneamentis, seu ludis, aut bellis fictis ad est maximũ, & ineuitabile, vt plurimum periculũ mortis, (vel non) adest aliquod periculum mortis, nisi propter maximum casum: Si primo casu, non sunt licita huiusmodi bella, seu torneamenta, vt nunc agitatio Tori cum periculo maximo mortis; talis enim agitatio ante d. bullam nũquam fiebat absque morte alicuius hominis, & idem solet euenire quando pugnant homines strictis armis, vt dicitur ad campum apertum, & alia huiusmodi bella in quibus mors semper præsens adest: Secundo casu bella huiusmodi erunt licita, vt de bestijs, quæ occiduntur, vt supradiximus hic Pisis, vbi nullum ad est

periculum mortis, etiam minimum, & etiam ad est bellum Pontis, in quo bello extant aliquando mille homines, & plures armati ad accipiendum Pontem, & nemo tamen remanet occisus, vnde huiusmodi bellum licitum est, & vtilissimum, & quidem licitum, quia nullum adest periculum mortis vt dictum est, licet aliquando sequatur aliqua percussio, vtilissimum quoque est, nam Pisani fiunt promptiores, & alacriori animo vadunt contra Turcam ad bellum verum, vnde quisque scit quot Duces, Equites, ac milites eximios producat Pisana Ciuitas, quorum omnium occasio est bellum Pontis, quod omnes ad militiam, & drouocat, & incitat, & quodamodo inducit.

Stet igitur firma conclusio, vt ad rem ipsam deueniamus hęc bella ficta, seu Torneamenta esse licita quotiescunque hęc duo copulatiue requiruntur, Primum quidem quando nullum adest periculum mortis, secundū qnando fiunt ad recreationem animi, & vt etiam ad bella, & alias artes honestas habiliores reddantur, quæ quidem conclusio procedit non solum de Iure Ciuili, vt in l. 1. §. remouet, & præsertim in vers. His igitur personis, iuncta doctrina Bart. ibidem nu. 6. ff. de Postul. sed etiam de iure Canonico, vt in c. 1. & 2. de Torneam. vbi præsertim in cap. 1. collegitur quod vbi mors non solet succedere non dicuntur Torneamenta prohibita, nam cessat finis, ob quem mouetur Summus Pontifex ad tollenda d. Torneamenta arg. tex. l. fin. ff. de hęred. inst. & c. quia propter de elect. quod idem collegitur ex d. Bulla Pij V. vt notat Nauarr. etiam vbi supra, nam & ita videmus in practica obseruari etiam hodie, quod in aliquibus torneamentis aliquando sequuta fuit mors alicuius, & tamen iterum fiunt, nam rare mors solet euenire, & ideo concludere possumus vt supra casum fortuitum ex aliquo accidenti non reddere torneamenta aliqua statim prohibita, aut illicita, sed prędicta omnia intelligantur dicta salua opinione, ac censura sanctæ sedis Apostolicæ, ad quam me penitus refero. Et ex his expeditum est hoc secundum membrum legis nostræ.

IN VER. DISCRETAE GENTES.

SVMMARIVM.

1 *DIVISIO Prouinciarum de quo iure fuerit*
2 *Vnde dicatur Prouincia.*
3 *Quæ dicantur Prouinciæ.*
Quæ dicatur Prouinciæ certa.
4 *Oppo ad tex.*

5 Non

5 Non valet consequentia Princeps aliquid facit, ergo est de iure Ciuili.
6 Diuisionem Prouinciarum quadruplicem esse ostenditur.
7 Præsidatus esse de iure Ciuili, & melius infra sub. nu. 9.
8 Diuisio Prouinciarum per Archiepiscopatus quo iure sit introducta, & melius infra sub nu. 10.
Nouus intellectus ad tex. nostrum precipue contra Paul. de Castro.
9 Diuisiones gubernationum quo iure fuerint factę.
10 Prouincia pluribus modis accipitur.
Gubernatio Prouinciarum per Episcopos est de iure Canonico.
Prouinciam pro Dioecisi poni non est nouum.
Episcopi in quot species diuidantur.
11 Patriarchę quot sint.
Patriarchę maiores qui sint.
Patriarchę maiores quibus præferantur.
Papam cunctis præferri demonstratur.
Card. Hostien. præfetur omnibus preter Papam propter priuilegium Ecclesię Hostiensis.
Card. Hostien. coronat summum Pontificem, & iniungit Imperatorem.
12 Patriarchæ minores, seu Primates qui sint.
Archiepiscopus Pisanus est Patriarca, & habet de iure plures suffraganeos, & multa priuilegia, multasq; Prouincias sibi subiectas, de quibus dicitur Primas, & multos consacrat de iure Episcopos, & alia multa priuilegia.
Archiepiscopus Pisanus dicitur Sardinię, & Corsicæ Primas, & in eisdem Insulis legatus natus sedis Apostolicæ;
Archiepiscopus Pisanus facit Doctores Apostolica, & Cæsarea auritate in qualibet facultate,
Tres alij Patriarchę minores præter Pisanum qui sint, & quos habeant in eorum potestate.
Patriarchę minores an præferantur Cardinalibus.
13 Archiepiscopi seu metropolitani subsunt Patriarchis etiam minoribus.
Qui dicatur metropolitanus.
14 Diocesis quid sit.
Totus mundus respectu Papæ dicitur vna Dioecisis.
15 Dioceses a quo fuerint distinctæ.
Fines Dioces qui sint, & quid obseruetur in ipsis.
Vnus Episcopatus potest diuidi in duos.
16 Ciuitates liberę quo iure fuerint diuisæ, & an possint sibi eligere Regem.
17 Appellatione Prouinciæ in dubio de qua sit intelligendum, & distinctio DD. tanquam superflua reijcitur.

TER-

TERTIVM MEMBRVM.

1 DISCRETAE gentes] Aliud est notabile ex hoc tex. quod scilicet de iure gentium fuerunt gentes discretæ, idest separatæ nationes, quæ certis finibus ipso iure gentium inter se distingui cœperunt, vt Gallus à Germano, Hispanus à Gallo, & sic in similibus secundum Corasi. hic in suo Comment. vnde diuisio Prouinciarum emanauit ab ipso iure gentium.

2 Prouincia autem secundum Car. in cle. Dudum. § extra. de sepult. quem refert Hiero. de Monte in tract. de fini. reg. cap. 3 in princ. dicitur à Pro. i. longe, & vinco vincis, quasi locus longe distans, & à Romanis victus.

3 Prouincia autem appellatur Italia, quæ est Prouinciarum domina, vt dicit glo. & Græcia, Francia, & similes, ad hoc videas tex. in l. 2. §. capta. ff. de orig. iuris, & in l. etiam conditionis in fine ff. de manu. vind. ad hoc autem, vt certa Prouincia dici possit, requiritur quod decem, vel vndecim habeat Ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum Metropolitanum, & ad hoc est tex. in c. scio te. 6. q. 3. Abb. in c. sicut olim nu. 1. de Accusat. & Ang. instit. de vsucap. in princ. Hieron. de Monte de fin. reg. cap. 3. num. 5.

4 Sed contra prædictum notab. oppo. per tex. in l. si eadem de assess. vbi de una Imp. facit duas Prouincias, & plene not. in l. vnica C. de Metrop. lib. 11. & de duabus facit vnam vt. illud tamen in Auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. ergo dicendum est, quod diuisio Prouinciarum sit de iure Ciuili cum fiat per Imperatorem, aliàs enim fieri non posset arg. tex. in §. sed naturalia inst. de iure nat. gent. & ciu. cum concord.

5 Huic argum. respondet Bart. hic, quem multi sequuntur, quod non valet Imp. diuidit Prouincias, ergo diuisio Prouinciarum est de iure ciuili, nam si contraheret Princeps, non tamen sequitur, quod ille contractus sit de iure ciuili, sed de iure gentium ita, & in casu nostro.

6 Sed prædicta responsio non placet Paul de Castr. hic num. 11. nam veniendo Prouincias confunderet ex toto, quando non videtur posse, et in contrarijs; & alio modo respondet ipse dicendo, quod diuisio Prouinciarum est quadruplex, quadam enim fuit diuisio Prouinciarum per idiomata penitus diuersa, vt Francia, Anglia, Alemania, Italia, & ista fuit introducta de iure gent. & putat Paul. de Cast. quod Imp. non possit facere, quod duo ex dictis Prouincijs

G vocentur.

vocentur vno nomine, sed in errore esse videtur, eo quia plures fuerunt diuisę Prouinciæ, & tex. superius adducti hoc indicant, & inferius dicam.

7 Secunda diuisio inquit Paul. de Cast. est quædam quę fit per Pręsidatus, & ista emanauit de iure Ciuili, nam in vna de supradictis Prouincijs poterant esse plures Præsidatus qui Prouinciæ dicuntur, vt infra de off. pręsid. l. illicitas §. qui vniuersas, & l. congruit, & istas potest tollere de duabus faciendo vnam, vnde posset Imp. vnire Tusciam cum lombardia, & putat quod talis vnitio esset quo ad Præsidatus, & sic intelligit adducta in contrarium.

8 Tertia est distinctio inquit Paul. de Cast. quæ fit per Archiepiscop. & ista fuit introducta de iure Canonico.

Vltima fuit quædam per vsucapionem, & consuetudinem, vt erant olim ciuitates Tusciæ, quæ non recognoscebant superiorem, cum quęlibet ciuitas, cum suo territorio reputetur Prouincia vna vt not. in l. fin. C. de præs. lon. temp. per gl. & DD.

Et in his speciebus diuisionum consistit cognitio huius tertij membri legis nostrę.

Sed redeundo ad primam speciem diuisionis, seu distinctionis Paul. de Castr. videtur ea esse erronea, quia plures sunt factæ diuisiones prouinciarum cap. 1. dist. 99. & mutata nomina earum præsertim si Historiarum monumentis credendum est, vt ex lectura totius libri 3. Historiarum Natur. Plinij quis optime potest cognoscere. Neque verisimile est, quod tex. loqui velit de dd. diuisionibus, seu de diuisione in specie, sed tantum de diuisione Prouinciarum seu gentium in genere, sed vt melius me declarem, aduertendum est, quod cum a principio omnia essent cōmunia, & cum omnes in communione viuerent postea secuta fuerunt bella, nam venit meum, & tuum vt dicunt DD. & ecce occasio bellorum, bella autem fuerunt causa diuisionis gentium faciendi Regna, condendi Ciuitates, & aliarum rerum, de quibus in tex. Vnde desiderium distinguendi communia, & dominandi super ipsis fuit occasio belli faciendi, & bellum fuit postea causa supradictarum rerum, quibus veris, non videtur quod tex. noster aliter possit intelligi, nisi de quibusdam rudibus diuisionibus gentium in bellis faciendis, in quibus fuit prima origo, non de diuisionibus in specie, hoc autem indicat positura, seu ordo tex. nostri, & infinitæ historiæ, vnde resultat contrarius intellectus, nam si intelligatur de diuisione secundum Paul. de Cast. sequitur, vt inquit ipse, quod Imp. non possit facere ex duabus ex dictis Prouincijs vnam, & si intelligatur hoc modo de diuisione rudi facta inter gentes, & de diui-

sione

ſione Prouinciarum generaliter, tunc reſultat effectus contrarius, quod ſcilicet Imp. non poſsit facere, quod non fiat diuiſio gentium, ſeu Prouinciarum: diuiſio itaque gentium in genere, non in ſpecie ſumpta fuit de iure gentium, vnde vna ex dd. Prouincijs poterit diuidi, & ex duabus poterit vna fieri, cum diuiſionem fieri ſit de iure gentium arg. tex. in d. §. ſed naturalia, & ad huius rei cognitionem maiorem facit id, quod tradit Plin. vbi ſupra, & nouiſsime Ioſeph. Roſacc. lib. 1. de Deſcript. totius Orbis terræ in libris Tolom. vbi oſtenditur plures fuiſſe, & eſſe opiniones circa diuiſiones Prouinciarum. Vos tamen in hac re cogitetis.

9 Fuerunt etiam plures diuiſiones gentium, vt not. præcipue ex dictis Paul. de Caſtr. quæ hoc ordine complectuntur, nam alia eſt diuiſio gentium ipſarum, & Prouinciarum, vt ſupra diuiſiones, de quibus primo loco dicit Paul. de Caſtr. & hæc diuiſio in genere ſumpta, vt ſupra diximus, eſt de iure gentium: Alia eſt diuiſio circa Præſidatus, & hæc eſt de iure Ciuili facta ſecundum Paul. de Caſtr. Hoc autem verum eſt circa Præſidatus, de quibus loquuntur iura per eum deducta, ſed non verum videtur eſſe quo ad originem nam origo videtur eſſe de iure gentium, et circa gubernationem hanc Prouinciarum, vt videtur indicare in Exodo tempore Moyſis, qui ex Aegypto in deſertum populum Hebræum duxit. Nam ad eum Ietro ſacerdos, Madiam eius cognatus venit vna cum Sephora Moyſis vxore, & eorum filijs. Cumq; Ietro vidiſſet Moyſem feſſum in iudicando Populum à mane vſque ad veſperas, ei dixit, vltra vires tuas eſt negotium iſtud, & ſolus non poteris ſuſtinere, prouide de omni plebe viros potentes, & Deum timentes, in quibus ſit veritas, & qui auaritiam oderint, & ex eis conſtitue Tribunos, & Centuriones, ac quinquagenarios, vt iudicent populum omni tempore quidquid autem maius fuerit ad te referant: ipſiq; tantum minora iudicent, leuiuſque erit tibi, partito in alios onere. Quibus auditis Moyſes fecit omnia, quæ ill. ſuggeſſerat. Vnde ex his videtur probari, quod ante Ius Ciuile fuerint Præſidatus, & quod diuiſiones etiam gubernationum fuerint de iure gentium, licet aliqua nomina à iure Ciuili fuerint reperta, & ampliatæ, & reſtrictæ prouinciæ, quæ omnia faciunt pro opinione ſuperius expoſita.

10 Tertia eſt diuiſio Prouinciarum, quæ fit per Archiepiſc. vt dixit Paul. de Caſtr. ſed ſciendum eſt, quod de iure Canonico pluribus modis hoc verbum Prouincia accipitur, vt not. glo. in §. cuius rei in verſi. Prouinciarum de Colla in pragm. ſanctio. Felin. in c. Rodulphus num. 29. de reſcrip. refert. hos Hieron. de Monte in tract.

G 2 de

re fini. c gen.cap.4.num. 10. fit autem quot r... o Provi... e arum de iure ca... o ico per Ep sco os c.Cleros 21.distin. qui diuiduntur in Patriarcas, seu Primates, in Archiepiscopos, seu Metropolitanos, & in Episcopos, & hi Prouincijs præesse dicuntur, & quisque eorum habet suã Prouinciã, cum non sit no um Prouinciam, & Diocesim impertrare c. quicunq; 16.q.3. & c.student 50.dis. Hieron.de Monte vbi supra c.3.nu 10. patet hoc ex his quę peteũ adducuntu

11 Patriarcarum autem quatuor sunt maiores, & quatuor minores; Maiores sunt Constantinopolitanus, Alexand. Antiochenus, & Ierosolimitanus c.renouantes cum seq.22. distinct.& isti post Summum Pontificem, & Card. Hostien. habent primum locum secundum ordinem, in quo ipsos retulimus, nam Papa habet primum locum c.1.& 2.distin 22.& bonus text.in cap.1.ibi, sed quia Sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum prefertur Ecclesijs, & c.23. distinct.cum Papa faciat idem Consistorium cum Deo, vt no. Immo. & Hostien in cap.4.de trans'.præb. Pet.de Monte in 1. quæst. carr. 3. versi. hinc notanter, & ideo non iniurietur in aliquo honor in Deum §. hoc igitur in auth. vt fine prohibi. nat. cred. colum. 7. & Io.de Salua. 2. tract. de iureiur. in 4. part quæst.1.& in par aff. in prin. vsque ad versi.11. quæ post Deum prę omnibus debet honorari ita dicit Abb. sic in consil. 21. lib. 1. Bart. in tract. de auto. Mag. consi. & Parlani Fran. 49. post Papam habet primum locum Card.Hostien. qui ex priuileg. Hostien. Ecclesiæ Papam coronat, & Imperatorem iungit, ita inter alios Boer. vbi supra versic. 50. itaq; post Papam, & Cardinalem Hostien. prædicti Patriarchæ habent primum locum secundum ordinem relatum d.c.renouantes, & ibi Card. Alexand.& c.antiqua de priuileg.& tenet Dom.de S.Gemin. in d.c.Cleros in 6.arg.& Card. Alexand. ibi col 4 post medium 21. dist.Bar.vbi supra ver.50.

De ipsorum autem potestate videas pr. Aluarott. & Præpont. in tit. Episcopum vel Abbatem coll.6.& late per Archan. Flo. in 3.part. tit.20.c.4.quos referr, & sequitur Ant.Tim.in §. Patriarchę de egil. & Dom.pontif. in rett.in Canon. Lancelliotti

12 Quatuor autem Patriarchæ minores sunt Pisanus, Aquilegiensis, Bituricensis, & Gradensis, hi autem quatuor Patriarchæ minores, seu Primates dicuntur, & prius de Pisano dicamus, qui secundum glo.in cap.6. 22. distin. videtur esse primus, testes itaq; in Tuscia Patriarca, seu primus est Archiepiscopus noster Pisanus, qui dicitur totius Corsicæ, & Sardiniæ primus, & in eis legatus natus, & habet de iure quatuor suffraganeos de quibus per Aber. de Posa. in rub.de ita.dom.& gloss. in d. c. Cleros in versic. Archiepiscopis

21.dist.

21.dist.& d c.6.distin.22 & vtrobiq; & Arch. d. trad. Bart. in trac. de auro. Mag.cons.& Parla 1.Bran.vers. & Pisanus qui est in Tuscia, immo an solum vtimur prædictis titulis, sed habet prę erea pontificio, & Cæsareo priuilegio munitam in qualibet facultate auctoritatem faciendi docto:es ade infiniti etiam ex loi gissimis partibus consulto venientes sanctissimo, ac rigoroso subijcientes examini per Excellentiss. D. Collegium Primum faciendæ, ad hoc, vt eius autoritate Doctores fiant, habet & plura priuilegia, est enim Primus multarum prouinciarum, & inngendi Episcopos sibi subiectos, ferendi, & in processionibus equo albo cum nauo albo vtendi facultatem habet, & alios titulos, & priuilegia, quæ ex varijs Summorum Pontificium bullis satis videri possunt, quæ omnes reperiuntur in Archiuio, vt dicitur Palatij Archiepiscopalis Pisani, & ego aliquas vidi quarum quarum priuilegio magna, & prædicta continentur, & Prouinciæ ei subpositæ, & suffraganei nominantur. Quo Patriarcatus, seu primatus honore, & prædicti omnibus titulis, & priuilegijs immeri.ó qui ____ munitus est hoc tẽpore Illustriss. & Reuerendiss. Salust. Taurusius Politia. de cuius Patrię, Familię nobilissimæ Taurusiæ splendore, fama, ac maiestate, deq; proprijs eius meritis, & factis præter orationem in eius aduentu ad me factam, etiam long. maiorem aliam faciendi semper materia postulcret, ita enim lata ita magna, est materia, quam suppeditarent nobilitas, virtus, dignitas, ac sanctitas omniũ prędictarum rerum, vt verbis nequaquam explicari possit, itaq; deuenia ad materiam ipsam quam in præsenti membro profiteor. Alius Patriarca minor, est Aquilegiensis qui est in Dalmatia supra mare habens plures suffraganeos, & subditos Metropolitanos, de quo vide in cap. nunc vero 9.q.3.gloss.in cap.diffinimus 22.distin.in d. c. 6. eadem distin. Bar. in d.tract.de auro.Mag.cons.Parl.Fran. in Add. versic. 51.Mgest.Bituricensis, qui est Aquitania habet 4 Metrop. videlicet Burd. Narbonen. Auxitan, & Tholosan. & 12. suffrag. cumputato Auicen. nunc exempto. Alius est Gradensis qui est in Ystria, etiam supra mare, & habet vnum Metropoli cum pluribus suffrag. de quo loquuntur iura præd.& est tex. in cap. erubescant 32.dist, & cap.ex litteris de off.deleg. An autem huiusmodi Patriarchæ præcedant Cardina'. Vide quæ dicit Bellarm. de clericis lib. 1. cap.16. Tom. 2. ibi quantum ad tertium.

Sunt & alij tantum Primates postea facti ex priuilegio Sedis Apost. qui absq; dubio inferiores sunt omnibus prędictis, ac multos connumerat Boeri. vbi supra nu. 54.

13 Archiepis. seu Metropol. omnibus Patriar. seu prima subsunt d.c.

cleros

cleros,& cap.1.99.distin.& §.si quis vero in Auth. de sac. Episcop. colla.9.& in §. hoc igitur in Auth.de Monac.coll. 1. Boeri. vbi supra vers.& contra,& isti debent habere vnam prouinciam sub se,& decem,vel vndecim Ciuitates, vnum Regem, & totidem Episcopos cap. estote 6. q. 3. Lucas de Penna in l. 1. C. de Metrop.Bitur. lib. 11. sed hodie priuilegio Sedis Apostolicæ sunt quamplurimi Archiepiscopi,seu Metropolitani qui vnicum,vel paucos,ac etiam nullos habent Episcopos, vt est Auenionen. & alij infiniti similes, qui nec prouinciam, nec multos Episcopos habent.

14 Episcopi vero suam etiam habent Prouinciam,scilicet suam Diocesim, nam hoc nomen Prouinciæ Diocesim etiam aliquando solet importare, vt superius diximus, Diocesis vero,proprie loquendo, dicitur distinctio, siue diuisio per quam Episcopatuum fines diuiduntur cap.vnio 10.quæst.3.& cap.quicunque,& cap.licet 16. quæs. 3.& per Card.Zab.in Clem.2.§.1.versi.6.de elect.& quicquid est intra Diocesim intelligitur concessum eius iurisdictioni cuius est Diocesis,& sic Episcopus habet intentionem fundatam de iure quod omnes in Diocesi existentes sint sibi subiecti per not. in cap.fin. de rest.spol.lib.6.& in cap.de Xenodochiis, & in cap. cum dilectus,& in cap.constitutus de Religio.Dom. sed hoc intelligendum est dummodo non sit aliqua consuetudo in contrarium, vel aliquod Priuilegium sicuti est Lucæ,vbi Reuerendiss. D. Decanus de Giglis S. Michaelis dicit se non recognoscere nisi Summum Pontificem,& in omnibus quo ad Clerum consuetudo obseruatur, vt tradit multos deducendo Boeri.vbi supra versic.49.& ideo omnes erunt subiecti Papæ cum totus mundus sit eius Diocesis, nam respectu Papæ totus mundus dicitur vna Diocesis cap. cuncta per mundum,& c.per principalem 9.q.3.Hieron.de Monte de Fin. regen.cap.12.versic.10.& ad hoc vide, quod not. in cap. Rodulphus de Rescrip.& huiusmodi Episcopi ordinarij,etiam nuncupantur, sed nomen ordinarij comprehendit plus quam Diocesanus vide gloss.2.Cle.1.de vita,& honest.Cler.& melius gl.in versic.Diocesanus in Cle.1.de iur.patr.

15 Vnum tamen non est obmittendum quod Dioceses fuerunt distinctę, & limitatæ a Dionysio Papa, vt habetur glo. in cap. Prouincię in versic. Ante Christi aduentum 90. distinct. & licet Apostoli ordinauerint vbi deberent stare Episcopi, non tamen diuiserunt Episcopatuum fines,vt per Abb.in cap. cum causam in fine de proba.& per Bal.in l.optimam C.de con.& com. stipul. & Pari. de Puteo in cap.1.in versi.10.de fini. feu. eius autem fines sunt Castra, Villa, Flumina,& Valles; & alia de quibus inferius in verbo Termini

Termini dicemus, in quibus quod semel verum redditur semper est verum, vt traditur a Bal. Barbar. & Felin. in d. cap. cum causam de probar. & terminis nouis non est standum, vbi antiquis Diocesis bene definitur vt not. per Hieron. de Monte de Fin. reg. cap. 12. versi. 2. & ex causa vnus Episcopatus diuiditur in duos, sicuti Parrochia in duas, præbenda in duas secundum Io. Andr. in Add. ad specul. in tit. de censi. in §. nunc videndum in versi. quid si vniuersitas fecit versi. 2. per cap. præcipimus 16. quæst. 1. & c. ad audientiam de Eccles. ædifi. & cap. vacante in fine. & cap. de præben.

16 Vltima est diuisio prouinciarum, quæ est in ciuitatibus liberis, vt olim erat Pisana Ciuitas quę non recognoscebat superiorem, hodie est Veneta, & hęc diuisio licet per DD. non dicatur de quo iure fuerit sed Paul. de Cast. quem sequitur etiam Hieron. de Monte de fin. regen. cap. 3. versi. 3. dicit quod per vsurpationem, seu consuetudinem venerit, potest tamen dici quod fuerit de iure gen. cum verisimili et prius homines fuerit liberi, & postea Reges fecerint, vel superiorem, ne forsan in bellis faciendis, quæ fuerent prima principia diuisionum, & prouinciarum, & gentium, multitudo gubernantium noxa esset, cum pareret confusionem, qua in bellis præcipue nihil magis damnosum potest esse.

17 Quibus sic breuiter expeditis quæro de qua prouincia sit intelligendū si huiusmodi nomen simpliciter proferatur, & Paul. de Cast. hic, & Hieron. de Monte, vbi supra versi. 8. & alij communiter DD. distinguunt, vel enim præfertur à lege Ciuili, vel Canonica, si a lege Ciuili refert in qua materia proferatur, si enim in materia tributarum, vel censuum intelligitur de prima, si vero proferatur a lege Canonica distingue in qua materia proferatur, sed quæso ad quid huiusmodi Hieron. de Monte distinctio? Semper itaque a quacunque lege proferatur inspicitur subiecta materia, nam regula vulgaris, & vndique vulgata verba intelligi secundum subiectam materiam l. damni infecti in princ. ff. de dam. infect. & l. si stipulatus ff. de vsur. l. si vno anno ff. loca. cum mille simil. & ad predicta ea quæ dicit gloss. in c. coram de electio. in versi. prouinciarum, & ex his sic breuiter peractis expeditum est huiusmodi membrum, seu notab.

IN VER. REGNA CONDITA.

SVMMARIVM.

1 REGES *de iure gen. esse,*
Cur fuerit electi Reges.

A quibus

A quibus elegi po's nt.

2 *Oppo. ad tex. cum solut.*

3 *Regna diminui. & augeri possunt.*

4 *Regnum Romanorum esse de iure Ciuili.*

An possit prohiberi Regna condi, & hic datur sensus nouus tex. ex directo contrarius alijs datis per DD.

Imperator dicimus dominus totius orbis. declaratur versi. 8.

5 *Quatuor antiquitus fuisse imperia, seu monarchias.*

Quintum imperium Christi imperium.

Apud Christi Vicarium est vterq; gradus Spiritualis, & Temporalis.

Quil bet Rex in suo regno, est Monarca.

Ecclesia & Imperium. b vno, eodemqs principio descendunt.

Ecclesia est mater Imperii Romani.

Iurisdictio omnis à Papa, vel Imperatore dependet.

6 *Imperator fit per electionem.*

Imperator habet sub se omnes gentes.

Quibus coronis coronetur Imp. & quare.

Imp est aduocatus Ecclesiæ.

Imp potest deponi cum causa à Papa, & hoc est aliquando obseruatum.

Imp. multa iurat in manibus Papæ, inter quæ est defendere Ecclesiam.

Omnes principes tenentur Papæ auxiliari.

7 *Principes etiam ab Episcopis excommunicari possunt.*

Reges dicuntur minores Sacerdote.

8 *Imperator quomodo intelligatur dominus totius orbis, & veritas tum rationibus, tum variis Historiis demonstratur.*

9 *Vtrum Imperium Germanorum sit idem Romanorum. sed remissiue.*

10 *In quibus Regnis procedat tex. noster.*

11 *Iurisdictio quo iure fuerit inuenta, & diuisa.*

12 *Iurisdictionis vniuersitas triplex.*

13 *Quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. sed remissiue.*

QVARTVM MEMBRVM.

1 REGNA condita. Notatur itaque ex hac lege nostra, regna fuisse condita de iure gentium, sed puto quod fuerint de ipso iure gentium necessitate cogente quomodocunque fuerint electi Reges, nam licet distinguatur per DD vel necessitate cogente, vel per electionem tamen puto propter necessitatem aliquam semper Reges fuisse factos, siue aliquando propter præsentem, siue eminentem, siue etiam propter occasionem euitandam, fuit itaque semper si Historias præsertim præ manibus habemus occasio

occasio Regum faciendorum necessitas aliqua, & prima fuit in bellis faciendis quod idem sensit Paul. de Castr. hic in 2. lect. versi. 15. & quæ diximus superius de diuisione prouinciarum habent etiam locum in Regnis, eo quia Regna in genere fuerunt condita de iure gentium, nam quotidie mutantur, & videmus hodie in Catholico, ac potentissimo Rege Hispaniarum, quia plurima habet Regna sub se, vnde totum suum dominium potest dici vnum Regnum cum vnus sit Rex, & tamen olim plurima erant Regna, & Reges totidem, itaque non possumus dicere, quod in bellis ipsis faciendis in quibus regna fuere distincta, & condita, quod non nisi iuditer diuiserint ipsa Regna, & ad hoc faciunt etiam ea, quæ in superiori membro diximus, populi itaque liberi tunc per aduentum diuisionis rerum communium discordantes, & bellum facere preparantes eligerunt sibi superiorem, seu Regem, qui à regendo dicitur, à quo ipsi omnes gubernentur, ex quo potest inferri, quod infert Paul. de Cast. in hac l. nostra in 1. lect. sub versic. 5. & in versi. 17. quod populi liberi possint sibi eligere Regem pro vt faciunt DD. Veneti qui eligunt Serenissimum Ducem in gubernanda eorum potentissima, ac Serenissima Republica.

2 Sed contra huiusmodi notabile oppo. per tex. in l. 2. §. post origiginem ff. de orig. iuris.

Resp. Bart. hic quod tex. ille loquitur de Magistratibus iure Ciuili introductis, qui reges, & Principes constituti fuerunt propter impunitam licentiam delinquendi, vt in d. l. 2. patet, & sic necessitate cogente, & propter bella, vt supra diximus.

Item oppo. per Paul. de Castr. versi. in 2. lect. Regna fuerunt condita per vim bellicam, sed de bellis iam supra dixerat, ergo non expediebat repetere.

Respon. idem Paul. quod differentia est inter bella, & regna condita mediantibus bellis tanquam inter causam, & causatum.

3 Item oppono ego Regna diminui, & augeri possunt, vt patet in Chatholico, ac potentissimo Rege Hispaniarum, qui habet plura Regna, & tempore iuris ciuilis fuerunt facta plura Regna, vt in specie illud Romanorum l. 2. §. nouissime ff. de orig. iuris, & l. 1. ff. de const. Prin. cum concord. ergo sunt de iure ciuili argu. tex. in §. sed naturalia Inst. de iure nat. gen. & Ciuili.

Resp. Regna esse distincta, & condita in genere, ita vt Imp. non possit prohibere Regna condi, sed non in specie, & ad hoc videas, quæ supra in 3. membro, & in princip. huius diximus.

4 Item oppono Imp. dicitur Dominus totius orbis, vt late infra sub versi. 4. dicam nullo modo possit dici hereticum, cum non sit

error in fide, nec si. ab Ecclesia demitum, nam inquit scilicet scriptura. Exijt edictum a Cesare, vt describeretur vniuersus orbis, & tamen Imperator est de iure ciuili l. 1. ff. de const. prin. §. quod autem inst. de iur. nat. gent. & ciuili ergo dicendum est quod Regna sint de iure ciuili cum Imp. sit dominus nam Reges si de iure gentium habuissent regna libera non essent sub Imperat. sicuti sunt, vt infra ostendam argumen. tex. in §. sed naturalia inst. de iure nat. gen. & Ciui.

Respon. quod Reges tamen semper fuerunt, licet venerit Imper. vt apparet ante ius Ciuile, præsertim de Dauide Rege, & Nabucdonosor, & alijs, sed etiam a liertas, quod Imper. non est simpliciter Dominus, sed conseruandæ pacis, & quietis vniuersalis inter Reges, & alios, & præsertim hodie pro defensione Ecclesiæ in temporalibus videtur factus, vnde non dominus, sed conseruator quodammodo, sed melius dicam sub versi. 4. & seq.

5 Sciendum autem est secundum Paul. de Cast. hic in 2. lect. versic. 16. & Hieron. de Monte de fin. reg. cap. 2. versi. 2. quatuor fuisse Imperia, siue Monarchias scilicet orientale, siue Babilonicum, quod fuit in Nino, & Meridionale, seu Macedonicum, quod fuit in Alexandro, & Septentrionale, siue Africum quod fuit in Cartaginensibus, & Occidentale, quod fuit in Cesare Augusto, & quintum quod fuit adueniente Christo Romanum Imperium, quod incepit esse Christi Imperium; & ideo apud Papam Christi Vicarium est vterq; gradus spiritualis, & temporalis, vt per Aluar. in cap. 1. in prin. versi. 6. Quis dic. dux, com. in vsi. feud. & secundum Socc. in consi. 165. versi. 2. volum. 2. Sed de gradu, seu potestate Pontificis in temporalibus intellige in ordine ad spiritualia, præterquam in prouincijs sibi subiectis, vt DD. omnes Catholici fatentur, & tradit Bellarm. de Summ. Pontifi. lib. 5. cap. primo, & seqq. & quilibet Rex in suo regno, est Monarca, idem Hieron. de Monte, vbi supra versic. 2. & 3. & ideo dicitur quod Ecclesia, & Romanum Imperium ab vno, eodemque principio descendunt Auth. quomodo opor. Episcop. in princ. §. finimus versic. cum me vtique multum in Auth. de non ali. aut per. bo. Eccl. gloss. in cap. cum ad verum distinct. 96. Immo Romani Imperij Ecclesia dicitur mater, quemadmodum est mater Religionis, & fidei §. 1. Auth. vt deter. sit num. cler. l. iubemus la 2. §. scientes in fine C. de sacros. Eccle. & omnis iurisdictio a Papa, vel Imperatore dependet cap. mandata de præsump. Hieron. de Monte de fin. reg. cap. 11. versi. 4. & licet omnis iurisdictio sit in Papa, tamen dicitur Imp. habere solum exercitium temporalis iurisdiction. s Hier. de Monte vbi supra.

De gradu seu potestate Pō tificis in tēporalibus, intellige in ordine ad spiritualia præter quam in prouincijs sibi subiectis, vt DD. oēs Catholici fatetur. Vide Bel. de summ. Pont. lib. 5. cap. 1. & seqq.

6 Impe-

6 Imperator autem fit per electionem, vt in c. venerabilem de elect. & ibi gloss. & DD dixi ego in rub extra de testam. par. 1. c. 5. versi. 38 & est super omnes Reges cap. in apibus 7. q. 1. & omnes nationes sunt sub eo, vt tradit glo. in d. cap. venerabilem in versi. in Germanos, ipse enim est princeps mundi, & dominus l. deprecatio C. ad l. Rod. de iactu, & etiam Iudæi sub ipso sunt l. Iudæi C. de Iudæis, & omnes prouinciæ cap. Hadrianus 63 distin. & ideo tribus Coronis ferrea, argentea, aurea insignitur, quemadmodum venustissimis temporibus Romanus Imperator electus insulis exornabatur l. bene a Zenone in fine C. de quadr. præscrip. tradit hunc tex. allegando Fran. Zoann. in tract. de Romano Imperio versi. 248. & omnia sunt in potestate Imperatoris cap. quo iure 8. distin. & cap. conuenior 23. q. 8. d. l. bene, tradit glo. vbi supra quid autem tres illæ coronæ significent, videas quæ tradit Sigonius de Regno Italiæ lib. 7. qui veram adducit interpretationem, sed ipse sua iuris dictione debet vti ad fauorem Ecclesiæ cuius aduocatus dicitur in d. cap. venerabilem §. quod autem versic. nunquid, ibi nunquid enim si Principes admoniti, & expectati, vel non potuerunt, vel noluerunt in vnum propositum conuenire, Sedes Apostolica aduocato, & defensore carebit, & ideo vt tradit gloss. in d. cap. venerabilem in versi. Trāstulit legitur in Chronicis, quod cum Ecclesia Romana opprimeretur ab Astolpho Rege Lombardorum petijt auxilium a Constantino, & a Leone filio eius Imperatoribus Constantinopolitanis, & cum nollent patrocinari Ecclesiæ Romanæ Stephanus Papa secundus natione Romanus transtulit imperium ad Carolum Magnum, qui fuit filius Pipini, quem Zackarias prędecessor eius substituerat Ludouico Regi Francorum, quem deposuerat de quo loquitur tex. in cap. alius 15. q. 6. & translatio illa facta est de anno Domini 776. qui Carolus coronatus est a Leone Papa IIII. elapsis post hoc 15. annis. Et non solum ipse tenetur auxiliari Ecclesiæ prout iurat in manibus Papæ c. tibi domino distin. 63. sicuti iurat inter cœtera de non alienandis Imperij iuribus, ac de conseruando honore illibato Imperialis coronæ & confirmant prius Imperatores electi donationem factam a Constantino Romanæ Ecclesiæ, ita Bal. in c. intellecto versi. 4. extra de iureiur. Fran. Zoann. de Rom. Imperio versi. 184. Sed omnes Principes, & gentes debent auxiliari Papæ, cum sint subditi Papę omnes cum ipso Imperatore cap. volumus 11. quęst. 1. & cap. si Imperator 96. distinct. & Imperator Tyrannus autoritate Papa deponitur, vt patet in exemplo superius deducto, & tex. est in d. cap. alius, & cap. iuratos, 15. q. 6. & cap. quia 1. q. 4. & decidunt ita Bald. & Paul. de Cast. in l. non

Vide potius Sigonium de Regno Italię lib. 7. qui veram interpretationem dat trib. illis principalibus coronis.

Ista Chronologia gloss. ad verbum relata qę cōtinet errores tū nominum tum etiā temporis Ideo prius est corrigenda.

error in fide, nec li. ab Ecclesia denutum, nam inquit scilicet scriptura. Exijt edictum a Cęsare, vt describeretur vniuersus orbis, & tamen Imperator est de iure ciuili l. 1. ff. de const. prin. §. quod autem inst. de iur. nat. gent. & ciuili ergo dicendum est quod Regna sint de iure ciuili cum Imp. fit dominus nam Reges si de iure gentium habuissent regna libera non essent sub Imperat. sicuti sunt, vt infra ostendam argumen. tex. in §. sed naturalia inst. de iure nat. gen. & Ciui.

Respon. quod Reges tamen semper fuerunt, licet venerit Imper. vt apparet ante ius Ciuile, præsertim de Dauide Rege, & Nabucdonosor, & alijs, sed etiam a fuertas, quod Imper. non est simpliciter Dominus, sed conseruandæ pacis, & quietis vniuersalis inter Reges, & alios, & præsertim hodie pro defensione Ecclesiæ in temporalibus videtur factus, vnde non dominus, sed conseruator quodammodo, sed melius dicam sub versi. 4. & seq.

5 Sciendum autem est secundum Paul. de Cast. hic in 2. lect. versic. 16. & Hieron. de Monte de fin. reg. cap. 2. versi. 2. quatuor fuisse Imperia, siue Monarchias scilicet orientale, siue Babilonicum, quod fuit in Nino, & Meridionale, seu Macedonicum, quod fuit in Alexandro, & Septentrionale, siue Africum quod fuit in Cartaginensibus, & Occidentale, quod fuit in Cesare Augusto, & quintum quod fuit adueniente Christo Romanum Imperium, quod incepit esse Christi Imperium; & ideo apud Papam Christi Vicarium est, vterq; gradus spiritualis, & temporalis, vt per Aluar. in cap. 1. in prin. versi. 6. Quis dic. dux, com. in vsi. feud. & secundum Socc. in consi. 165. versi. 2. volum. 2. Sed de gradu, seu potestate Pontificis in temporalibus intellige in ordine ad spiritualia, præterquam in prouincijs sibi subiectis, vt DD. omnes Catholici fatentur, & tradit Bellarm. de Summ. Pontifi. lib. 5. cap. primo, & seqq. & quilibet Rex in suo regno, est Monarca, idem Hieron. de Monte, vbi supra versic. 2, & 3. & ideo dicitur quod Ecclesia, & Romanum Imperium ab vno, eodemque principio descendunt Auth. quomodo opor. Episcop. in princ. §. finimus versic. cum me vtique multum in Auth. de non alien. aut per. bo. Eccl. gloss. in cap. cum ad verum distinct. 96. Immo Romani Imperij Ecclesia dicitur mater, quemadmodum est mater Religionis, & fidei §. 1. Auth. vt determ. sit num. cler. l. iubemus la 2. §. scientes in fine C. de sacros. Eccle. & omnis iurisdictio a Papa, vel Imperatore dependet cap. mandata de præsump. Hieron. de Monte de fin. reg. cap. 11. versi. 4. & licet omnis iurisdictio sit in Papa, tamen dicitur Imp. habere solum exercitium temporalis iurisdictionis Hier. de Monte vbi supra.

De gradu seu potestate Pōtificis in tēporalibus, intellige in ordine ad spiritualia præter quam in prouincijs sibi subiectis, vt DD. oēs Catholici fatetur. Vide Bel. de summ. Pont. lib. 5. cap. 1. & seqq.

6 Impe-

6 Imperator autem fit per electionem, vt in c. venerabilem de elect. & ibi gloss. & DD. dixi ego in rub extra de testam. par. 1. c. 5. versi. 38 & est super omnes Reges cap. in apibus 7. q. 1. & omnes nationes sunt sub eo, vt tradit glo. in d. cap. venerabilem in versi. in Germanos, ipse enim est princeps mundi, & dominus l. deprecatio C. ad l. Rod. de iactu, & etiam Iudæi sub ipso sunt l. Iudæi C. de Iudęis, & omnes prouinciæ cap. Hadrianus 63 distin. & ideo tribus Coronis ferrea, argentea, aurea insignitur, quemadmodum vetustissimis temporibus Romanus Imperator electus insulis exornabatur l. bene a Zenone in fine C. de quadr. prescrip. tradit hunc tex. allegando Fran. Zoann. in tract. de Romano Imperio versi. 248. & omnia sunt in potestate Imperatoris cap. quo iure 8. distin. & cap. conuenior 23. q. 8. d. l. bene, tradit glo. vbi supra quid autem tres illæ coronæ significent, videas quæ tradit Sigonius de Regno Italiæ lib. 7. qui veram adducit interpretationem, sed ipse sua iurisdictione debet vti ad fauorem Ecclesiæ cuius aduocatus dicitur in d. cap. venerabilem §. quod autem versic. nunquid, ibi nunquid cum si Principes admoniti, & expectati, vel non potuerunt, vel noluerunt in vnum propositum conuenire, Sedes Apostolica aduocato, & defensore carebit, & ideo vt tradit gloss. in d. cap. venerabilem in versi. Trãstulit legitur in Chronicis, quod cum Ecclesia Romana opprimeretur ab Astolpho Rege Lombardorum petijt auxilium a Constantino, & a Leone filio eius Imperatoribus Constantinopolitanis, & cum nollent patrocinari Ecclesiæ Romanæ Stephanus Papa secundus natione Romanus transtulit imperium ad Carolum Magnum, qui fuit filius Pipini, quem Zackarias prędecessor eius substituerat Ludouico Regi Francorum, quem deposuerat de quo loquitur tex. in cap. alius 15. q. 6. & translatio illa facta est de anno Domini 776. qui Carolus coronatus est a Leone Papa IIII. elapsis post hoc 15. annis. Et non solum ipse tenetur auxiliari Ecclesiæ prout iurat in manibus Papæ c. tibi domino distin. 63. sicuti iurat inter cœtera de non alienandis Imperij iuribus, ac de conseruando honore illibato Imperialis coronæ & confirmant prius Imperatores electi donationem factam a Constantino Romanæ Ecclesiæ, ita Bal. in c. intellecto versi. 4. extra de iureiur. Fran. Zoann. de Rom. Imperio versi. 184. Sed omnes Principes, & gentes debent auxiliari Papæ, cum sint subditi Papę omnes cum ipso Imperatore cap. volumus 11. quęst. 1. & cap. si Imperator 96. distinct. & Imperator Tyrannus autoritate Papæ deponitur, vt patet in exemplo superius deducto, & tex. est in d. cap. alius, & cap. iuratos, 15. q. 6. & cap. quia 1. q. 4. & decidunt ita Bald. & Paul. de Cast. in l. non

Vide potius Sigonium de Regno Italię lib. 7. qui vera interpretationem dat trib. illis principalibus coronis.

Ista Chronologia gloss. ad verbum relata quæ cõtinet errores tũ nominum tum etiã temporis Ideo prius est corrigenda.

H 2 ambi-

ambigitur ff. de legibus etiam Bart. post Cyn. alios deducit Fran. Zoann. de Rom. Imper. versi. 94.

7 Omnes autem Principes, & prædictis, & alijs iustis de causis non solum a Papa, sed etiam ab Episcopo poterunt excommunicari c. duo sunt 16. distinc. vbi gloss. & omnes Principes seculares non solum erunt Papæ subditi, vt dictum est, sed inferiores sunt etiam Sacerdote d. cap. duo sunt 116. distin. vbi gloss. quo ad dignitatem intelligas, quæ maior est, quam sit aurum preciosius ipso plumbo vt tradit ibi tex.

8 Sed aduertendum est in prædictis, nam quando diximus Imperatorem esse dominum totius orbis non est intelligendum simpliciter, licet enim nil certius, nihilque verius in iure Ciuili Romano dici, vel affirmari possit, quam Cæsarem Augustum huius mundi Machinæ esse dominum, vt puta eum, cui, & in quem populus ille Romanus terræ, marisque gubernacula, imperium suum omne, & potestatem concessit l. 1. ff. de const. prin. & ideo se mundi dominum Imperator appellat in d. l. deprecatio ff. ad l. Rod. de iactu, & in d. l. bene a Zenone §. de sancimus C. de quadri. præscript. in l. si duos §. Grammatici ff. de excut. tut. & ita DD. ipsum vocant, gloss. in d. cap. venerabilem in versi. transtulit de elect. & glo. cap. Hadrianus el 2. in versi. per singulas 63. distin. & ita Cyn. Bart. Bald. Sali. Paul. de Cast. & Ias. in l. cunctos populos circa prin. C. de sum. Trin. & fide Catho. tamen hanc prædictam potestatem, seu dominium existimabis cum æquitatis iudicio, & iustitiæ moderamine interpretandum, & accipiendum esse Imperator igitur secundum veriorem sententiam dicitur tantum habere dominium illius mundi partis, quæ subiacet Romano Imperio, vt docet Sorus, & latissimè probat Couarr. in reg. peccatum part. 2. §. 9. a num. 5. & deinceps, vbi Regem Galliæ, & Hispaniæ ab Imperatoris iurisdictione liberos esse ostendit Dominus vero est Imperator vniuersi orbis, administratione scilicet, siue maius protectione tantum gloss. in proem. ff. V. in prin. in versi. sanctione vbi Bar. versi. 3. versi. quid dicendum, de communi ibidem Alber. de Rosa. versi. 5. & glo. in d. l. bene a Zenone §. sed sancimus in vers. omnia Principis, vbi & Salic. col. 1. versi. 5. non obstat, & glo. in cap. cum verior in ver. omnia 23. q. 8. vbi Archid. colum. vlt. versi. in prima gloss. in fine, & Franc. Zoann. vbi supra versi. 151. conatur probare idem multis rationibus, quod idem confirmatur ex varijs Historijs, nam Strab. in lib. Geographico 17. sub finem affirmat Augusto Cæsari totius Imperij patrocinium, quamdiu viueret, ab eius patria fuisse permissum, vt belli, & pacis is viuens potestatem haberet. Eodem spectat

Maximi

Maximi Imperatoris designati ad milites apud Aquileiam post Maximini Tyranni cœdem habita Oratio. Sic enim (Horodianus lib. suæ Historię 8. autor est) in orationis illius propemodum exordio Maximus inter cætera ait: Nobis autem dispensatio tantum, atque administratio Principatus vna vobiscum, milites demandata est. His alia rursus Strabonis attestatio accedit lib. 6. in fine loquentis de Octauiano Augusto, quoniam, inquit ipse, arduum atque difficile est alio pacto tale regere imperium, quam si vni, perinde ac potenti, procuratio demandetur. Costat hinc egregie, Strabonem, qui tempore Tiberij Cæsaris floruit, & primæ legis Regiæ impendio gnarus, procurationem vni velut parenti, demandatam exhibuisse. Sic & Carolus Magnus, primus ex Germanorum gente Imperator designatus gubernatorem se dumtaxat Romani Imperij in suis scriptis, & monumentis appellauit. Eius rei fidem facit plenam Munstenus lib. 3. suæ Cosmograph. sub tit. de Germania fol. 749. in cap. Osnaburgi, & hæc breuiter dixisse de Summo Pontifice, eiusque Imperatore satis sit.

9 An autem Imperium Germanorum, quod hodie viget, dicatur proprie Romanorum, vel Germanorum si cupis scire videas Fran. Zoann. de Rom. Imperat. versic. 242. vbi latissime hanc materiam pertractat.

10 His sic expeditis vnum non videtur ad huius nostri membri maiorem intelligentiam relinquendum, quod est huiusmodi membrum non intelligi tantum de Regnis, & Regibus, sed de quolibet supremam iurisdictionem, & mixtum, & merum imperium habente, cuius opinionis videtur esse Ias. hic versic. 3. & tex. est in l. 2. §. post originem ff. de reg. iuris. vnde nihil aliud est discere, nisi iurisdictionem esse de iure gentium, quæ quidem postea fuit per ius Ciuile distributa, & diuisa per magistratus d. l. 2. de orig. iu. & tradunt DD. non solum hic, sed etiam in l. Imperium, ff. de iurisd. om. iud. sed hoc est verum, quod iurisdictio fuit diuisa per magistratus per ius Ciuile magis ordinate, quam prius esset, nam etiam tempore Moysis, vt diximus superiori membro sub ver. fuit diuisa per magistratus, & verisimile est quod Principes haberent Magistratus.

11 Stet igitur firma conclusio iurisdictionem esse de iure gentium, & fuisse diuisam per magistratus licet non ita ordinate, sicut de iure Ciuili, tex. itaque noster dicendum est quod loquatur de suprema illa iurisdictione Principibus data de iure gentium quando in bellis ipsis, vel propter aliam necessitatem populi Regem, seu Principem sibi eligerunt, non de alia iurisdictione circa magistratus

gistratus introductos, quæ est de iure Ciuili, nam licet fuerit diuisio aliqua de iure gentium circa magistratus, tamen hodie a iure Ciuili ordinata est, & proprius est locus in d.l. Imperium ff. de iurisd. om. iud. vbi omnes DD. subtilissime, & maxima adhibita opera, & studio hanc materiam pertractant.

12 Iurisdictionis autem vniuersitas triplex est secundum Bart. in Cons. 189. incip. Primo quæritur, Alia est larga vt in prouincijs, alia minus larga vt in Ciuitate, alia minima vt in Castris, quam iurisdictionem habeant Domini de iure communi vide per eum, sed hodie siue ex priuilegio, siue ex consuetudine multi sunt tum Ciuitatum, tum Castrorum qui æquiparantur Dominis prouinciarum in suo territorio eo quia iurisdictionem, & merum, & mixtum imperium habent, vt est hodie Ciuitas Lucensis, & sunt Illustrissimi Marchiones de Malespinis, & multi Comites in Italia, & alijs prouincijs sunt, quorum omnium potestas summa, ac suprema est, eos autem numerare non est opus, cum sit satis vt constat ex dictis Bart. hoc de iure fieri posse, huiusmodi autem iurisdictio emanauit de iure gent. cum Dominia fuerunt distincta, & orta bella.

13 Quis autem dicatur Dux, Comes, vel Marchio si scire cupis videas tex. in cap. 1. Quis dicat dux, vel com. in vsib. feu. vbi optime demonstratur.

Quibus sic breuiter peractis finis est impositus huiusmodi membro

IN VER. DOMINIA DISTINCTA.

SVMMARIVM.

1 *CVR dominia fuerint distincta de iure gentium.*
2 *Dominij species quot, & quæ.*
3 *Vtrum plenum dominium sit tertia species dominij, & hæc. q. noua est, & late disputatur.*
4 *Quæ dominium quid.*
5 *Ius in re quid, & in quo differat ab vtili dominio.*
6 *Vtile dominium quo iure fuerit repertum.*
7 *Oppositiones ad tex:*
8 *Ius diuinum quot modis summatur, & in huiusmodi materia Paul, de Cast. opinio confutatur.*
9 *Verus licet forsan nouus intellectus ad tex. nostrum.*
10 *Secunda oppositio ad tex. demostrando dominia fuisse reperta de iure ciuili.*

QVINTVM

QVINTVM MEMBRVM.

1 DOMINIA distincta Notatur itaq. in textu nostro dominia fuisse distincta de iure gentium omnia n. antea erant de iure naturali in promiscuo vsu, neq. reperiebatur meum, & tuum postea vero humanis necessitatibus impellentibus, & suadente hominis ingenio oēs res ferme fuerunt occupatę ita vt hęcres incipe ret esse vnius illa alterius natura.n. ita cōparatum est. vt vnusquisq. cęteros vincere, diuit jsq. & authoritate antecellere studeat, p.terquam quod ratio dictabat iniquum videri, quod ignari, & desidiosi alieno alerentur labore, cum quemlibet deceat in sudore vultus sui comedere panem suum, quare ratio naturalis suasit, vt si singulis rebus certa, & distincta constituerentur dominia, & vnusquisq. suum teneret: alia enim nulla pax, & tranquillitas in societate hominum retineri posse, si permitteretur com munio, quae discordiam excitare solet, vt dicitur in l. cum pater. §. dulcissimis ff. de leg. 2 & hęc distinctio fuit probata in l. diuina cum sit praeceptum Non furtum facies. in quibus inseret Imperat. non posse facere quod fiat communio omnium §. sed natura Inst. de iu nat. gent. & cir.

2 Factis itaq. diuisionibus rerum de iure gent. plura postea orta sunt dominia, nam aliud directum dicitur dominium aliud vtile, aliud quasi dominium, aliud vero denique ius in re dicitur quorum altera licet propriè dominia non sint negari tamen non potest quod dominium impor tent.

Directum itaq. dominium ab vtili diuiditur ita vt aliud inferius aliud superius dicatur per tex. in Auth. si verò Dominus iuncta gloss. 1. & gl. in verb. principalis C. de haereticis, & per tex. in l. possessoris C. de fund. patrim. lib. 11. in fin. vbi Emphiteuta dicitur dominus, & tamen constat quod alius sit dominus, ille cui soluitur census. l. 1. in fin. ff. si ag. vectig. vel emph, Bart. & communiter DD. in l. si quis §. differentia ff. de acq. poss. ergo necesse est eos esse Dominos diuersa specie dominij, quia vna, & eadem specie dominij duo in solidum non possunt esse domini l. 3. §. ex contrario ff. acq. poss. l. si vt §. fin. ff. comod. Directum dicitur quod habet dominus superior in rebus feudalibus, & Emphiteuticis, & est sine fructu cum spe tamen consolidationis ideo interim ciuilem possessionem feudi dominus in animo retinet.

Vtile verò dicitur quod habet Vassallus, & emphiteuta in bonis feudalibus, & emphiteuticis, & hoc dominium tamen cum fructu

& Vassa-

& Vassalus naturalem habet possessionem feudi, & quando directum dominium cum vtili est coniunctum tunc dicitur plenum dominium in quo quis non tantum habet nudam proprietatem sed quoq. fructus ad eum pertinent ex quibus infertur hoc verbum dominium esse genericum, & comprendit directum, & vtile, & quasi dominium, & nudam proprietatem, & quoq. vsum fructum coniunctum cum proprietate seu plenum dominium proprietas verò est verbum angustius quod pro directo vero, seu proprio dominio accipitur dicta proprietas quasi res propriè sit tua adhoc vide DD. in l. naturaliter §. nihil comune ff. de acq. pos. ex quibus notatur dominium aliud plenum aliud directum, aliud vtile esse.

3 Sed vnum quæro an sint species distinctæ, & sic an plenum dominium quod in se continet vtile, & directum sit species distincta dominij ab vtili tantum, & directa tantum, & sic an directum, & vtile dominium simul iuncta producant tertiam speciem, ita vt dominium plenum verò sit tertia species dominij, hæc q. noua est, & non amplius à DD. tractata, ego verò putarem oppinionem affirmatiuam esse veriorem multis rationibus.

Po loco quia possessio alia est ciuilis alia naturalis, & tamen dicitur vnica posessio Oxer. in princip. Instit. de oblig. num. 56. & Thob. num. 9.

Qui arg. in simili respon. Ricciard. in dict. princ. num. 4. 89. quod illa possessio naturalis, & ciuilis simul iuncta pro vt est quando quis animo, & corpore possidet non dicitur tertia species sed dicitur eadem cum vtraque ipsarum in sui substantia, vt per DD. in rub. & l. 1. ff. de acquir. possess.

Sed huiusmodi responsio Ricciardi non sustinetur eo quia, vt ex multis exemplis inferius demonstrabimus apparet rem aliquam simul confusam retinere sui substantiam & posse diuidi, & separari absque corruptione, & tamen illud compositum est tertia species.

Secundo potest adduci exemplum adductum per Ricciardum in simili vbi supra num. 490. nam quemadmodum animus, & corpus sunt duæ substantiæ species distinctæ tamen simul iunctę constituunt tertiam speciem scilicet hominem ipsum ita, & in casu nostro cum vtrumque dominium, & vtile, & directum sint diuersæ substantiæ si simul iunctæ sint cum faciant plenum dominium dicendum est illud esse tertiam speciem dominij.

Thobias quem sequitur suo iudicio benè Ricciardus vbi supra num. 491. disputando quęs. illam an obligatio ciuilis, & naturalis simul iunctæ

iunctę producant tertiam speciem quę quidem q. eadem tamen est cum nostra licet in terminis diuersis respondebat quod remota anima deficit homo, quia non est amplius homo sed cadauer l.qui decem. §. si promissor vbi Bart. ff. de solut. & Ricciard. dicebat, quod ideo ex anima, & corpore datur tertia species, quia immutant primeuam naturam, & non possunt seperari, & hæc sunt verba ipsius.

Sed huiusmodi responsiones nullo modo tenendæ sunt, quia homo, ab anima separari potest, & non mutatur species, quia licet de homine mortuo fiat cadauer, & non amplius homo sit hoc euenit à separatione, nam si homo constat ex anima, & corpore, & sic ex illa vnione, & conexione animæ, & corporis ergo facta separatione destruetur homo, & sic anima, quę tamen pars integralis remanebit integra, & in suo esse, corpus pariter in suo esse permanebit cum cinis sit, & in cinerem reuerti debeat, quare ex his constat Thobiam non obstare, & Ricciardum non esse amplectendum cum eius verba videantur habere sensum non bonum, & ideo fundamentum supra dictum stat in suo robore, quia ex anima, & corpore fit homo, siue vero moriatur homo, & sic fiet separatio animæ à corpore, quæq; species est de per se integra sic, & in dominio nam ex vtili, & directo fit plenum dominium, sed si diuidantur cessat plenum, existente de per se vtili, & directo.

Tertio loco qui habet dominiū vtile non potest alienare fundū absq; licentia domini directi, vt tradunt DD. in l. 2. C. de iur.emphit. Corb.in tract.de iu.emphit.de causa priuat. ob alien.in requ.dom. fac.& tex.est in l.vlt.C. de iur emphit.vbi Bar. & alios quam plurimos deducit dictus Corb.vbi supra. Item qui habet directum dominium absq; vtili non potest alterare aliquid vt preiudicet vtili domino §. si quis velit Inst.de seruit. & hoc est absq, difficultate, sed qui habet plenum dominium potest ad libitum, & quomodo sibi placet disponere l.in re mandata. C.mand.cum concord. vnde diuersam quodammodo videntur habere substantiam dominium plenum, quam habeat vtile, vel directum de per se, & sic videtur esse diuersa, & tertia species.

Pro contraria opinione multa posse deduci quæ in simili adducuntur à DD.in q.obligat.de qua diximus superius.

Dicebat itaq; Ricciard. vbi supra num. 478. quod si constitueretur tertia species, illa tertia species non posset amplius separari, sicuti euenit si mel, & vinum confundantur, quia tunc mulsum appellatur, & amplius vinum, vel mel non potest separari mutantq; substantiam, secus in casu nostro, quia separatur dominium dire-

ctum ab vtili, & ad eundem finem videntur tendere argumenta, quæ per dic. Ricciardum aliaue quæ deduci possunt pro hac parte quibus propter breuitatem relictis deuenio ad conclusionem dicendo huiusmodi plenum dominium esse tertiam speciem dominij.

Neque obstat argumentum pro contraria parte deductum, nam & si totam videatur radicitus extirpare conclusionem nostram tamen non obstat cum etiam possit, & fiat tertia species, quamquam res mixtæ possint separari, & ad pristinam naturam reuerti.

Primum est exemplum de homine prout superius à nobis dictum fuit aliud est exemplum in electo constante ex auro, & argento autore Plinio, nam licet sit tertia species tamen separari potest aurificum ingenio argentum ab auro. l. lacus in fine. ff. de acquir. rerum dom. & tradit Sebast. Mont. in §. duorum num. 1. Inst. de rerum diuis. alia exempla multoties audiui hic Pisis, & præsertim à DD. legentibus simplicia medicinæ, vt ex argento viuo fit præcipitatum, & tamen ex præcipitato potest iterum extrahi argentum viuum. Item ex stanno, & plumbo fit mistura quædam vulgo saldatum nuncupata, qua vtuntur Ferruminatores lucernarum ad illas consolidandas aliasue res efficiendas, & huiusmodi species iterum separari possunt. Item ex ære & stanno simul mixtis fit mistura quædam, quæ vulgo dicitur il Bronzo. Item ex ære, & cadmia fit aurochalcum vulgo l'Ottone, & tamen huiusmodi species ad suam pristinam naturam reuertuntur, & deducuntur vnde constat posse constitui tertiam speciem licet illæ partes ex quibus constat ad suam possint pristinam naturam reduci.

4 Sequuntur, & alia dominiorum genera inter quę quasi dominium ponitur, quod secundum Paul. de Cast. in l. vn. C. de alienat. Iud. mut. ca. fa. & est illud ius vindicandi quod habet ille, qui titulum, & bonam fidem habet in re aliena sibi tradita, & postea excedit à possessione ante vsu capionem completam, & illud ius prublicianam actionem producit in §. sed iste Inst. de act. & est titulus de public. in rem act. quod quidem dominium Ferrar. de for libel. in act. real. in verb. iure dominij appellat dominium impropriè.

Differt autem huiusmodi quasi dominium ab vtili, vt tradit hic Paul. de Cast. in 2. lect. num. 22. quia vtile potest haberi ex pluribus causis, vt tradit ipse, & etiam ex præscriptione post quam est completa, & pro ipso competit vtilis rei vindicatio, sed quasi dominium habet tantum qui pręscribit antequam præscriptio fiat pro quo competit Publiciana, vt dictum est, & sequuta præscriptione consumitur, & conuertitur in vtile dominium ad hoc de pet. hæred. l.

red. l. cum tantum §, quando pro empt, & quod ibi notatur, quod habetur in c. Abbate de re iud. & infra de except. rei iud. l. & an eadem §. actiones per Bart. in l. si marer §. tandem eod. tit.

5 Postrema dominij species potest dici ius in re veluti ius seruitutis quo casu confessoria competit de qua in §. ęque Inst. de act. vel ius pignoris, & tunc Seruiana, & quasi Seruiana actio datur de quibus in §. item Seruiana Inst. eod.

Sed quæro de quo nam iure sint inuenta prædicta dominia? & respondetur quod directum, & plenum dominium fuit inuentum de iure gent. vt patet ex tex. nostro, sed quasi dominium vt tradit hic Paul. de Cast. in 2. lect. num. 22. est de iure ciuili, & hęc omnia transeunt absq; difficultate, sed in ea quest. est difficultas, quæ de vtili agit.

6 Quæro igitur vtrum vtile dominium sit de iure gent vel de iure ciuili, & varię sunt DD. opiniones, nam gl. & Pet. quem refert hic Bart. & alij tenuerunt dominium vtile esse iure gent. Io. quem refert Bart. & ipse Bart. tenent esse de iure ciuili. Idem Bal. & communiter alij tenuerunt vt tradit hic Ias. num. 40. Paul. autem de Cast. hic sub num 21. putabat quo ad materiam fuisse de iure gent. quo ad nomen sibi appositum fuisse de iure ciuili. Sed ad rationes accedamus.

Quod vtile dominium sit de iure gent. probatur quia vtile dominium acquiritur per locationem ad non modi cum tempus, vt §. adeo Inst. de locat. & l. 1. §. qui in perpetuum. Si ag. vect. vel emph. per. l. 1. de superf. sed locatio est contractus iuris gent. vn in tex. ergo.

Respondetur per Paul. de Cast. hic num. 21. quod licet locatio sit de iure gent tamen ab ipso iure non habet hanc vim, vt ex ea aliquod dominium quæratur vt l. non solet. infra locat. sed à iure ciuili sibi tribuitur quando non ad modi cum tempus fit ergo de iure ciuili videtur predictus effectus vtilis dominij arg. l. legittima infra de pact. ad dict. §. adeo respondet Bart. quod ibi loquitur de contractu Emphiteutico qui mere est de iure ciuili, & Ias. hic num. 40. & inferius etiam ibi Ias. melius satisfaciet.

Quod autem sit de iure ciuili probant DD. quia pro tali dominio data est actio vtilis à prætore l. prætor. l. superficiario infra de rei vindicat. sed ius prætorium dicitur ius ciuile l. ius autem ciuile §. fin cum l. seq. infra eod. §. constat. autem Inst. de iure naturali gent. & ciu. iuncto §. prætorum quoq; eod.

Respon. quod non sequitur actio competens pro ipso est de iure ciuili ergo, & ipsum, nam vt dicit Paul. de Cast. directa rei vindi-

I 2 catio

catio est de iure ciuili; & omnes aliȩ actiones, & tamen directum dominium pro quo competit est de iure gent.

Item potest probari per ea quæ dicit Paul. hic nam omnes modi per quos quęritur dominium sunt inuentione de iure ciuili nullus de iure gent. ergo iure gent. non fuit cognitum huiusmodi vtile dominium, nam aliàs aliquis modus fuisset inuentus per quem acquireretur sicuti multi fuerunt inuenti super dominio directo, quę omnia latè per d. Paul. demonstratur.

Sed nihil est cum reperiatur superficiarius contractus, per quem vtile acquiritur dominium l. 1. §. 1. & §. quod autem infra de superfic. & huiusmodi contractus fuit de iure gent. cum non reperiatur hic in gl. nominatus inter contractus de iure ciu.

Item Bart. probabat pluribus exemplis demonstrando plures res fuisse de iure gent. modos autem fuisse de iure ciuili.

Quibus omnibus respondetur non valere consequentiam modi sunt de iure ciuili ergo, & ipsa res seù contractus, vt in prima respon. firmatum fuit.

Pro conclusione ego putarem dici posse cum Paul. de Cast. hic quod respectu materiæ ipsum vtile dominium fuerit inuentum de iure gent. nomen verò potest dici fuisse appositum de iure ciuili, nam vsus, & vsus fructus cæteræq; seruitutes reales fuerunt repertæ de iure gent. §. fin. Inst. de vsu, & habit nomen verò quod fuerit appositum de iure ciuili potest cum talis vtilitas non propriè dominium esset, cum dominium sit plenissima potestas disponendi de re sua, vt not. infra de acq. poses. l. si quis vi. §. differentia per Bart. quod non euenit in vtili domino quod non potest sine licentia directi domini vt in Emphiteusi, & feudo.

7 Quibus omnibus sic præmissis pro declaratione, & intelligentia, nec non, & pro decisionis ratione tex. nostri multis modis nunc opponam ad tex.

Primo loco quia videntur dominia distincta de iure diuino cum ex eo habeamus præceptum Non furtum facies, sed furtum non fit nisi de rebus alienis leg. prim. in fin. de furt. ergo dabatur dominium.

Resp. per id quod tenet gl. Bart. Paul. de Cast. & ferè omnes DD. quod ius diuinum fuit post ius gent. & disposuit super disposito de iure gent. Sed aduertas quod immo ius diuinum fuit ante ius gent. nam accipitur ius diuinum pro naturali vt §. prim. Inst. de oblig. quæ ex delict. gl. in l. 1. ff. de furt.

8 Resp. Paul. de Cast. hic num. 19. huic replicationi, & dicit quod in proposito duobus modis accipitur ius diuinum. Primum accipitur

cipitur pro ipso iure naturali secundario, & hoc sine scriptura est, quod omnibus hominibus à natura insitum est, & de hoc non erant dominia. Secundum est in l. Mosaijca quæ fundata est in ratione naturali, & istudius dicitur positiuum, nec isto iure inquit Paul. fuit introductum dominium sed ius gent. fuit in medio istorum, & sic post ius naturale secundarium, & ante l. Mosaijcam, primum ius de dominijs non loquitur, secundum de dispositis à iure gent. verba facit, Non furtum facies ecce quod præsupponit dominia.

8 Sed dixit Paul. de Cast. quod de iure naturę secundario, & sic de iure diuino in prima specie non erat dominium, quod idem tenuerunt hic alij DD. communiter hoc falsum esse videtur nam Deus omnia animantia maris, cœli, terræ immo ipsum mare, cœlum, terram, & vniuersa quę in eis sunt (sicq. rerum etiam proprietatem, & dominium) hominum gratia creauit Genes. 1. & 2. vnde Tertullian. in lib. quem de Patientia fecit in Diabulum inuehitur sic scribens. Natales impatientiæ in ipso Diabulo tunc deprehendo cum Dominum Deum vniuersa opera quæ fecisset immagini suæ idest homini subiecisse impatienter tulit, &c. Accedit præterea 3. Genes. vbi Deus dixit Adæ debere in sudore vultus sui vesci pane suo & c. nam pro nomen illud, suo (quem ad modum, & reliqua id genus pronomina) dominium panis ostendit l. certum §. sed si fundum vbi, & Bart. per illum tex. ff. de confess. l. Quintus la 2. §. argento, & ibi Bart. not. per illum tex. ff. de auro, & arg. legat. & id etiam Nerua filius acute vidit in l. 1. in princ. ff. de acq. posses. dum asserere non dubitauit dominium rerum in naturali possessione cępisse cuiusmodi; rei vestigium idest exemplum seu euidens signum, atq; indicium non obscurum etiam num remanet in his, quę cœlo terra, mariq; capiuntur cum hæc protinus capientium fiant. Quippe animantia cuncta creata homini illicò subiecit Deus vt modo dixi, ac per consequens illorum confestim fieri, qui primi ea cœpissent necessario simul dedit exquibus videmus distinctio Paul. de Castr. dicto num. 19. bonam non esse cum appareat varie non solum dominia generaliter de iure naturali fuisse, sed & fuisse, distincta, cum si nil aliud esset si quis volucrem acciperet suam faceret, & sic diuiso esset dominij vnde per distinctionem Paul. non tollitur obiectum cum cum in princ. mundi, & in ipsa creatione ipsum dominium datum fuerit, vt supa dictum est precipuè ex primo, & 2. Genes. ibi Dominamini volatilibus cœli, & piscibus maris, & in Psalmo terram dedit filijs hominum, sed dare est dominium transferre l. vbi

aut.

aut in fin. de verb. oblig. ergo dicendum est. Paul. de Cast. nihil agere in hac suadis tinctione. Quid igitur? ad tex intellectum verum demonstrandum oportet accedere, & dicatis tex. nostrum esse referendum ad ius gent. quod secundarium vocant, nec non, & ad dominia rerum immobilium, non autem ad ius gentium antiquum seù maris dicere diuinum, vel naturale rerumq; mobilium dominium, cum enim possessio rerum immobilium illo naturali iure omnibus esset communis cap. ius naturale 1. distinct. necessarium identidem erat dominia earum dem rerum immobilium omnibus hominibus esse communia cum rerum dominium à naturali possessione ceperit l. 1. in princ. ff. de acq. possess. enimuero iure gent. secundario quo bella geri cepta sunt dominia illa rerum s. immobilium quæ hactenus communia hominibus remanserant vna cum possessione quoq; communi fuerunt distincta, vt vnusquisq; quid suum quidq; alienum esset in rebus immobilibus tunc cognoscere cepisset, & hic videtur esse verus sensus, verusq; intellectus nostri tex. quem magis aperire videntur verba illa sequentia. Agris termini positi & c. quasi diceret Hermogenianus tex. nostri auctor hoc iure gent. dominia prædiorum quæ hactenus fuerunt cum possessione eorumdem communia, sunt in vicem distincta, distributa, separata, & diuisa, & vt ita facilius cognoscerentur, possiderentur, ac conseruerentur ijsdem fundis termini fuere positi. Ex quibus constat sensus tex. nostri intelligi sic de distinguendis dominijs rerum immobilium non autem de illis introducendis, aut adinueniendis, vel tunc primum instituendis, idcirco loquens inibi legis lator de ortu bellorum & origine obligationum verbis, illa omnia ortum nempe, & originem naturaliter propriéq; significantibus accuratissime vtitur, sic scribens. Bella ex hoc iuregentium sunt introducta, obligationes institute. Volensautq; testatum facere ante illud ius gent. neque bella neq; obligationes fuisse id autem de dominijs tradere noluit sed scripsit tantum illa eo iure fuisse distincta cui videtur concordare optimè tex. in cap. ius gent. prim. distinct. ibi sedium occupatio &c.

Et ex his habetis verum sensum, & intellectum tex. nostri, & sic quo ad dominium fuerit in princ. & postea fuerit diuisum per ius gent. itaq; præda distinctio Paul. de Cast. significans originem dominij non videtur esse bona, & ex prædictis verum habetis, germanumq; sensum tex. nostri.

10 Secundo loco oppono ad tex. dicendo quod immo dominia sint reperta de iure ciuili, nam testamentum est de iure ciuili l. testamenti

testamenti factio.de test.ad hoc autem videas, quæ dixi in rub.extra de test.part.1.c.2. num. 5. cum sequent. & ex eo acquiritur dominium.l.Titio.de furt.Item per arrogationem transfertur dominium de iure ciuili,vt inst.de acqu.per arrogat. Item per monacationem,vt in auth.ingressi.C.de sacrosanct.Eccles. Item per additionem bonorum causa libertatis,vt inst.de eo cui libert.ca.bo.addic.etiam alij sunt modi per quos de iure ciuili acquiritur dominium,vt tradit gloss.in §.singulorum inst.de rer.diuis. cum igitur modi per quos acquiritur dominium sint de iure ciu.dicendum est quod ipsa dominia quoque fuerint de iure ciuili cum prius sit causa,& postea causatum.l. manumissiones infra hoc nostro tit.

Resp.quod hodie acquiritur dominium tam de iure gent.quàm ciuili per modos ab vtroque introductos.§.singulorum. inst.de rer. diuis l. 1. ff.de acquir. rer.dom. vbi gloss.ponit modos acquirendi de iure ciuili modos autem acquirendi de iure gent. ponit Imper. inst. de rer. diuis. §.singulorum cum multis seqq. ex quibus expeditum est huiusmodi quintum membrum nostri tex.

IN VER. AGRIS TERMINI POSITI.

SVMMARIVM.

1 *FINES non solum prædiorum, sed etiam prouinciarum fuerunt de iure gent.*
2 *Actio finium reg. quo iure fuerit introducta.*
Fines reperti sunt a iur.gen. licet per ius Ciuile magis distincti fuerint.
3 *Terminus, limes, vel confinis quid sint.*
Vnde dicatur terminus.
Termini appellatione quid veniat.
Monumenta quid.
Limes quid.
Lapis pro limite.
Rigor quid.
Perstringas limes dicatur.
Per scanna etiam quando.
Decumanus limes quid, & Decumanus maximus.
Cardo, quid, & Cardo maximus.
In quo præcipue differat Rigor a Limite.
Decumani Limites vnde dicti.
Fines quomodo denominentur.
4 *Signa fines ostendentia quæ.*

3 Termini

5 *Termini an mutari possint.*
An præsummantur mutati, & in dubio qui sunt attendendi.
6 *Quomodo probari possit terminos fuisse eosdem.*
7 *Cuius dicatur terminus diuidens bona.*
8 *Quomodo puniatur terminos tollens.*

SEXTVM MEMBRVM.

1 AGRIS termini positi Aliud est speciale notab. multum vtile, & inter prædicta superius, quæ forsan subcincte vt dicitur, & breuiter tractauimus vtilitati priuatæ, & publicæ magis accomodatum, quod est agris de iure gen. terminos fuisse positos, quod non solum est intelligendum secundum DD. hic, & Hieron. de Mont. de fin. reg. Cap. 2. de ipsis agris, sed etiam de diuisione Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Territoriorum, Comitatuum, Districtuum, Curiæ, & aliarum rerum, de quarum parte supra in tertio membro diximus, & in seq. etiam memb. verba faciemus, quæ vero sint prędicta sigillatim si quis scire cupit adeat d. Hieron. de Mon. d. Tract. de Fin. reg. cap. 3. cum seqq. vbi declarat. prædictus omnes terminos. In hoc itaq; notabili exponendo, & declarando tractabimus principaliter aliqua vtilia de fundis seù agris priuatis, & de eorum finibus, sed prius opponam de more ad tex. nostrum.

2 Actio finium regum. est de iure ciuili leg. prim. & 2. ff. fin. regum. iuncto §. prim. Instit. de act. ergo, & fines agrorum erunt de iure ciuili.

Sed dicas consequens non valere, vt in simili non valet hoc facit Princeps ergo est de iure ciuili.

Item oppono finium cognoscendorum formæ, & alia huiusmodi ad fines pertinentia reperta sunt de iure ciuili vt patet. rot. tit. C. & ff. finium regumd. ergo etiam fines erunt de iure ciuili.

Resp. quod fines sunt reperti de iuregent. ius ciuile postea magis distinxerit eos, & remfaciliorem prout casus, & occasio postulabat reddiderit, verum non potuit ius ciuile, nec potest tollere confines, quia sunt de iuregent. §. sed naturalia Inst. de iure nat. gent. & ciu., & ne confusio fieret totius orbis.

Sed venio nunc ad aliqua alia vtilia demonstrandum pro plena huius nostri notabilis declaratione facienda quibus breuissime compendioseq; expeditis satisfinium, & sic huius notabilis cognitio patebit, nam non solum de origine causarum rerum, quæ in hac lege nostra continentur (quodproprium meum esset cum nihil

fiat

fiat in hac lege nostra nisi originem demonstrare rerum de quibus agit) tractabo,sed occasioné etiam aliquando capiá in aliquibus exponendis quæ licet non pertineant ad originem, tamen non absq; occasione erunt cum exempli gratia in casu nostro nihil sit originem sciuisse finium,nisi fines ipsos sciremus,vnde etiam cum vtilitate aliquid extra originem pertractare poterimus.

3 Videndum igitur est quid sit terminus, limes, vel confinis, & vt tradit Hieron. de Mont. de fin. reg. cap. is. num. 2. dicuntur esse signa cuiuscunq; finis demonstratiua l. 2. in princ. ff. deter: mo. & per ea quæ habentur in cap. foruf. de verb. sig. & dicitur terminus, quia ex eo quod terræ mensuram determinat, declarat, & designat quia in his finium testimonia intelliguntur, & agrorum aliarumq; rerum certamen aufertur, & sic quisq; suis terminis contentus esse, debet cap. siquis episcopus 7. 9. 1. & gl. in Clemen. 1. in vers. metas de Hæret. dicit. Dum tua Rura metis vicinis parcito meris:prout et habetur in Deuter.c.19.vbidicitur.Non transferes terminos proximi tui,& sic metas non licettransgedi.

Appellatione autem termini veniunt metæ, finis, & limes licet sint sijnonijma, & pro eadem re capiuntur §. dictum est Instit. Quib. mod. pat. potest. sol, & §. ijs omnibus in versic. termino in Auth. de hæred. & falcid. & alios citat Hieron. de Mont. vbi supra cap. is nu.4.& Monumenta sunt etiam tamquam fines, & termini quia permanent, & docent quousq; protendatur fines l. 2. & ibi gloss. C. finium regumd. quandoq; etiam lapis est pro limites,sed in Ciuitatibus, & Castris non sunt ita stricti limites, sed assignantur quandoq; flumina, & Montes pro limitibus, vt habetur Pari. de Put. in versic. limes de verb. sig. Et limes vt habetur per Abb. in cap. super eo num. 5. de Paro. quem sequitur Feli. in cap. quia indicante num. 4. de præscript. est quędam longitudo siue latitudo spacium á spacio distinguens. Et terminus dicitur mediatus, & non immediatus l. quia magis ff. finium regumd. Et vt legitur in Commentario Aggenij Vrbici in Iuliũ Frontinum in C. Theodos in pag. 173. Rigor. suæ rectitudinis naturalis nomen accipit, & in Paul. Manut. in add. ad Calep. in lit. limites. Et quicquid est secundum hanc conditionem in longitudinem limitatum perstringas appellatur, & quicquid est perlatitudinem per scanna. Et decumanus limes trahitur ab Occidente in Orientem, & cardinem antiqui limitem dixerũt á Meridiano in Septentrionem, & sic decumanus maximus in Orientem crescit, & cardo maximus in meridianum, vt per prædictos. Est autem differentia inter hęc verba limes, & rigor quia vt ait Agger. relatus per Paul. Manut.

K vbi

vbi supra in lib. de limit. agro. limes est quodcumq; in agro ad obseruationem finium opera manuum factum est quod ex his quæ diximus videtur habere locum in metis, finibus, terminis, & alijs de quibus supra, rigor autem suæ rectitudinis naturalis nomen accipit, vt dictum est, quod confirmatur magisq; diffusè ostenditur, & declaratur ex his quæ tradit Sicul. flac. in lib. de Condict. agror. quem refert Paul. Manut. vbi supra qui hisce verbis ait. Cum omnes limites à mensura demum actuũ decimani dictisunt, si qui orientem, occidentemq; intuerentur, qui meridianum, & Septentrionem tenent, vnum vocabulum illis erat decumanum nuncupabant matutini, & vespertini, & meridiani & septentrionalis cardinem. Alij vero ob regionum positioné, & naturam appellauerunt, maritimos, & montanos decimani quidem vocabulũ permansit, vt ij qui orientem, occidentemq; intuerentur decimani dicerentur ij vero qui meridianum, & septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, cardines sunt appellati, & omnes limites diriment agros, centuriasque designant; qui vt supra diximus in agris diuisis, & assignatis semper peruij esse debebunt, & itineribus, & mensuris agendis. Limitum autem nomina hæc inuenimus in libello extremo eiusdem Flacci. Orientales, ait, dicuntur decumani: Septentrionales, cardines: item, Maximi, C. M. Actuarij Intercisiui, Quintarij, Cultellati, Nonarij, Maritimi, Temporales, qui solis ortum secuti, sunt, Gallici, Regales Subronciui, Linearij, Sextaneij, Tesselati, Diagonales, Montani, Austrinales, qui per anticam, & posticam diuiduntur Hypotenusiales, qui angulis subiacent: Prætecturales, Egregij, Vndecimani, Duodecimani, Coḷonici, Passiui, Solitarij, Perpetui. Rursus Hygenus in libello, & ipse de Limitibus constituendis, sic. Antiqui mensuras agrorum normalibus longitudinibus incluserunt, primum duos limites constituerunt; vnum qui ab Oriente in occidentem, dirigeret, hunc appellauerunt duodecimanum, eo quod terram in duas partes diuidat, & ab eo omnis ager diuidatur: Alteram a meridiano ad septentrionem, qui cardinem nominauerunt a mundi cardine. Duodecimanum postea decimanum appellauerunt, quare a decem potius quam a duobus, sicut duo pondo nunc dicimus dupondium, & quod dicebant antiqui duo viginti nunc dicimus vinginti similiter duo decumanus, decumanus est factus. Reliquos limites fecerunt angustiores, & qui spectabant in orientem, prorsus, qui ad meridianum transuersos appellauerunt. Speculator autem in tit. de empt. & vendit. in §. sciendum versic. item nota num. 1. 2. quem sequitur Paris.
de

de Put. in cap. 1. num. 16. de fin. seu. refert Hieron. de Mont. de fin. reg. cap. 16. num. 1. & habetur in Iosue cap. 15. num. 19. dicit quod fines aliquando denominantur à quatuor plagis, siue regionibus mundi, aliquando à ventis, sed hodie hic Pisis Florentiæ, & in tota Hetruria est vsus, quod nominentur bona aderentia qualitas, & quantitas terrarum, & ita Brixiæ seruari tradit Hieron. de Mont. vbi supra.

4 Signa autem quæ debent ostendere fines prædij seu ciuitatum, vel aliorum rerum debent esse notabilia, vt tradit Paul. de Castr. hic num. 24. & Hieron. de Monte vbi supra cap. 17. num. 1. vbi tradit quæ nam res possint poni pro confinibus, sed scias, quod omnis res potest deseruire pro confinio vtputa templa, facilla, Domus, columnæ, Mare seu littus maris, muri, viæ reales, flumina, portus, ripa, riuus, torrens, lacus, stagnum, fossa, agger, fons, puteus, piscina, cisterna, palus, cloaca, montes, valles, siluæ, nemora, albores, antea misse, lapides signati & immobiles, & alia similia, quæ omnia dicuntur Iudices ostendentes, quid vnius, quidq; alterius sit, cum separent bona Augustini, cum bonis Petri, ex quibus iam constat, quid sint termini, & quomodo fiant, modo breuissimè deueniamus ad maiores vtilitates pro complemento huius notabilis, & ideo pręter prædicta, primo loco breuiter quæram an termini possint mutari.

Secundo loco an præsummantur mutati, & qui sint in dubio attendendi.

Tertio quomodo probari possit terminos fuisse eosdem.

Quarto cuius dicatur terminus diuidens, puta bona Augustini cum bonis Petri.

Quinto quomodo puniatur terminos tollens, atque de controuersijs agrorum agemus.

5 Respondeo ad primum quæsitum affirmatiuè per tex. in l. in finalibus ff. finium regum d. & l. 2. C. eod. & ibidem gloss. Hieron. de Mont. vbi supra cap. 21. Menoch. de præsumpt. 43. lib. 6. qui quidem non præsummuntur mutati nisi aliter appareat per contrarias præsumptiones, & coniecturas quibus fines ipsi solent probari ita inter alios Hieron. de Mon. & Menocch. vbi supra. vbi etiam dicunt quod fines antiqui regulariter attenduntur ex iuribus deductis, & sic constat primum, & secundum quæsitum.

6 Quod autem tales termini semper illi, nec mutati fuerint probatur per testes, vel per instrumenta, vel per libros publicos quando dubitatur de ipsis glo. in cap. 1. in gloss. 1. in versi. scripturam publicam appello de fi. inst. Hieron. de Monte, vbi supra cap.

 18. versi.

18. versi. 4. sed hic Pisis est consuetudo quędam notabilis, vt etiam libris priuatorum credatur, quando probatur illam personam, quę scripsit fuisse fide dignam, & hoc est generale in omnibus libris priuatis, qui etiam pro se probant vti essent contractus publici rogati per manus notarij quia eis datur plena fides. Vnum non est pretermittendum, quod quando sumus in antiquis sufficit aliqua præsumptio, & semiplena probatio, vt est communis opinio de qua per Hieron. de Monte vbi supra cap. 50. cum multis sequen. capitulis, vbi traditur modus probandi confines, & in cap. 30. modum procedendi in iudicio in materia fin. reg. vnde ad eum vos remitto ne eadem repetamus.

7 Quartum erat quæsitum de dominio confinium, & certe confines, & quæ pro confinibus seruiunt sunt communia nisi ideo aliter appareret argum. tex. in l. arbor. ff. com. diui. & per Bart. in tract. de Flum. in versi. acquiritur nobis versic. 8. Hieron. de Monte vbi supra cap. 25. per totum.

8 Quintum est quæsitum quomodo puniatur terminos tollens, & plures finguntur casus per Hieron. de Mon. vbi supra c. 34. quos omnes reducit ad iudicis arbitrium Menocch. de arbi. iud. casu 393 per totum, ideo pœna dicetur semper arbitraria.

Controuersiæ autem diuersæ nascuntur in his finibus, quas numero 15. numerat, & declarat inter alios Paul. Manut. vbi supra quem videatis, & ex his saltem implicite videtur expedita, & explicata confinium materia cum nostro Notab. si quis plura desiderat adeat d. Hieron. de Mon. qui inter alios late, diffuseq; hanc materiam pertractat, vnde ne idem repetere viderer cum ipso breuiter me expediui.

IN VER. AEDIFICIA COLLATA.

SVMMARIVM.

1 *Aedificia sunt de iure gen.*
Ciuitates quando condi cœperunt.
2 *Quæ requirantur ad hoc, vt Ciuitas aliquis locus dici posset.*
Imperialis Ciuitas quæ sit.
3 *Ciuitas in quo differat ab vrbe.*
4 *Ciuitatis appellatione quid veniat.*
5 *Legatis rebus quæ sunt in Ciuitate Pisarum an intelligantur etiam res lagatæ quæ sunt in subur bijs.*
An idem sit dicere in Ciuitate Patauina, vel in vrbe Patauina.

In legatis scripta facienda interpretatio.
Suburbia quae dicantur, & vrbis continentia.
6 *Muri, & portae ciuitatum sanctae sunt, quod & de muris Municipiorum dicitur, & qua ratione sanctae praedictae dicantur.*
Aedificium adhaerens muris Ciuitatum debet destrui.
7 *Qua poena puniatur lapides ex muris Ciuitatum amouens, vel aliud damnum ipsis faciens.*
Muros Ciuitatum transcendens qua poena puniatur, & quid Romae.
Muros Ciuitatum transcendens vt ex forma statuti Bannitum occideret an puniri debeat.
8 *Oppo. ad tex. cum Respons.*

SEPTIMVM MEMBRVM.

1 AEDIFICIA collata Constat aliud Notab. l. nostrae, scilicet aedificia fuisse collata de iure gen. antea enim vt inquit hic Cora. belluarum vsu vtebantur, manebant enim nunc hic, nunc illuc ibant, deinde vt inquit Cic. pro Sex conuenticula hominum ad vitę societatem, & vt bestijs resisterent, & vt commodius simul esset, quae postea Ciuitates nominatae sunt.

2 Dicitur autem Ciuitas collecta ciuium multitudo, ad eodem iure viuendum vna cum Episcopo, & ad hoc vt aliquis locus Ciuitas dici possit vt tradit hic inter alios Paul. de Cast. requiritur Episcopus, & Principis autoritas, Episcopus in spiritualibus, & Principis autoritas circa temporalia, sed si esset Ciuitas sine Episcopo vocaretur imperialis Ciuitas non proprie, nam vt voluit Barba. in rub. Qui fiat Rebell. in versic. Longobardiae versic. 5. & Hieron. de Mon. de fin. reg. cap. 5. versic. 2. Ciuitas proprie in terris Christianorum dicitur quando est Episcopus, & sic est consuetudo nata, quae tamen si Episcopo priuetur non desinit esse Ciuitas, vt tradit Bal. in hac. l. nostra.

3 Differt autem Ciuitas ab vrbe, quia Ciuitatis nomen applicatur omnibus Ciuibus, vrbis vero ad edificia omnia in ea contempta, hinc Cic. 4. Academ, non dubitauissent quin & Roma Vrbs esset, & eam Ciuitas incoleret, & idem pro Phylla. In qua Ciuitate res tantas gesserim nemini, & in qua vrbe intelligo, & ad hoc facit Paul. in leg. 2. ff. de verb. sig. dum inquit. Vrbis appellatio muris, Romae autem continentibus aedificijs finitur tamen aliquando confunduntur cap. si Ciuitas de sent. ex com. in 6. & cap. statutum . . r. de rescrip. in 6. Ciuitas etiam aliquando ponitur pro iure Ciuitatis, secundum quod dicimus, Ciuitate donare.

4 Ciuitatis.

4 Ciuitatis autem appellatione quero quid veniat, & practigabile tamen quęsitum, vt puta si quis legauerit Titio bona quę habet in Ciuitate Pisarum an intelligantur legata etiam ea quæ habet in Pisarum continentibus, & sub Vrbijs, & quidem multi multa dicunt & est gl. in l. 2. ff. de verb. sig. vbi etiam Alcia. & cæteri dicunt quod si tibi lego omnia quæ habeo Romæ etiam ea, quę in sub vrbijs sunt legasse videor, si vero dicam in vrbe, tunc ea quæ in ipsa Ciuitate muris circundata habentur intelligentur legata sed maius dubium est, si dicatur in Ciuitate Romæ & gl. in d. l. 2. & ibi Bart. num. 2. de verb. sig. affirmat in Ciuitate Romana dicendum esse intelligi relicta, quæ in continentibus extant in cæteris verò Bart. distinguit, & inter cætera inquit esse spectandum vestrorum principium, vt si dictum est, lego quæ in Ciuitate Patauina sunt, vt tunc debeantur quę intra muros tantum sunt si vero dictum est, quę in Patauina vrbe sunt, vt tunc debeantur, & quæ in continentibus sunt: idq; est Regula. leg. si comunis struus de stip. ser. Sed Menoch. at ibidem tr. iud. casu 155. num. 4. lib. 2. credit nullam esse differentiam inter Ciuitatem Romanam, & alteras, tum quia in iure differentia non fit, tum quia ipse met. Bart. in dict. leg. 2. num. 2. idem in vna, ac in altera esse censuit ex leg. nam quod liquide §. si ita de pen. leg.

5 Ego autem puto nullā faciendam esse differentiā quomodocunq; dicatur in superioribus modis, nam semper intelliguntur legata tantum ea quę Ciuitate muris cinta erunt, nam in legatis stricta fieri debet interpetratio l. nummis de leg. 3. l. apud Inlianum §. scio. de leg. 1. cum simil., & testator minus videtur velle grauare hæredem quam fieri possit l. vnum ex familia §. si rem. de leg. 2. secus si aliter appareret de voluntate testatoris l. non aliter de leg. 3. & hac occasione scias, quod sub vrbia, & Vrbis continentia, quæ dicantur remittitur iudicis arbitrio Menoch. vbi suprà num. 12. & 13.

6 Muri autem Ciuitatum, & portæ sanctæ sunt, & quodam modo diuini iuris sunt §. sanctæ Instit. de rer. diuis. quod ampliatur etiam in Muris Municipiorum leg. sanctum in fin. ff. de rerum diuis. Montic. in dict. §. sancto num. 2. qui firmitate legali sunt roborati, nec violari possunt, & punitur in ipsos delinquens dict. §. sanctæ, & l. sacra §. proprie ff. de rer. diuis. vbi in fine dicitur, quod nec muris ciuitatum sine licentia superioris aliquid coniungere, vel supponere liceat, quod Ang. in d. §. sanctę, & alij notant contra eos qui domos adhęrentes muris Ciuitatis construunt quia puniri debeat & opus dirui l. ædificia C. de oper. pub.

sed

sed illud est intelligendum secundum fab. Oi not. in dict. §. sanctæ dummodo noceat muris, sed mihi non placet hæc cautela ratione, vt dicitur statuo, & ne detur occasio delinquentibus facilius muros descendere, nec à Principibus solet permitti quomodocunque sit.

7 Item nec licitum est ab ipsis muris ciuitatum auferre lapides nec aliud facere ex quo damnum irrogetur. l. pen. ff. ne quid in hoc. Ias. & Iudicis arbitrio punitur qui lapides aufert. Menoch. de arbitr. Iud. casu 483. num. 4. lib. 2. & qui scalis, vel alio modo muros transcenderit capite punitur. d. §. sanctæ vbi DD. omnes. l. vlt. de rer. diuis. Cepol. deseruit vrb præd. cap. 54. de scalis num. 9. & hæc pœna in Romana Ciuitate seu in muris Romæ nullam habet difficultatem, quam tamen non procedere in alijs Ciuitatibus decidit Boeri. decis. 232. & Menoch. de abitr. Iud. dict. casu 483. num. 6. vbi Iudicis arbitrio in alijs Ciuitatibus præter Romam huiusmodi pœnam remittunt, quæ videtur amplectenda tanquam magis communis, & mitior oppinio, item etiam Iudicis arbitrio punitur is qui muros transcenderit, vt Bannitum ex statuti permissione occideret, ita tradit Nellus in tract. de Bannit. in 2. part. 2. tempor. num. 13. Ruin. cons. nu. 2. nu. 5. & 6. lib. 5, vbi egregie ad monet Iudicem qui in hoc casu bene debeat considerare, & Menoch. vbi supra in fin.

8 Quibus sic pro intelligentia tex. quodammodo præmissis, ac explicatis, venio de more ad oppo.

Dum ponimus vrbem, villam, & Castrum esse licitum, ponimus, & congregationes, esse licitas, sed consequens est falsum leg. prim. & per totum titul. de colleg. illic. ergo, & antecedens, & ideo non ab ipso iure gent. vrbes, & alia de quibus supra proueniunt, cum ius gent. non nisi bonum producat leg. pœn. infra hoc nostro tit.

Resp. Bart. hic quod licet collegia, & congregationes sint illicites attamen constructio domorum licita est, hoc idem not. Bart. in l. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. sed vt bene ipse limitat si Vrbs vel Castrum factum esset ad contemplationem in iniuriam, & emulationem alterius Castri esset illicitum l. opus nouum ff. de oper. pub. l. fin. ff. de colleg. illic. & hanc distinctionem vt refert & sequitur Paul. de Cast. hic facit Innoc. in cap. cum ab Ecclesiarum de offic. ordi.

Sed hec solutio Bartoli videtur inferre dubitationem, quid est enim Ciuitas, nisi multorum Ciuium congregatio? sed si cogregationes sunt illicites, vt Bart. fatetur, & arg. probatum est cur Ciuitates

erunt licite cum congregationes minimæ sint ? hoc non dicit Bart. nec reddit rationem diuersitatis, sed simpliciter transit dicendo Ciuitates esse licitas, & congregationes illicitas.

Respondetur colligi posse responsionem ex consideratione earum rerum quæ dicit Bart. & dicendo quod dict. l. 1. tot. tit. præsupponit quod alia sint collegia licita, alia illicita, & si minor propositio relati argumenti non est vniuersaliter vera cum fundetur in dict. l. 1. vbi habetur quod non licet amplius quam vnum collegium licitum habere, & in l. 3. ff. eod. dicit tex. Collegia si qua fuerint illicita vnde cum Collegia alia licita sint alia illicita dicendum est vrbes licitas esse, congregationes, & sic a iure gen. originem habere potuisse.

Aliam oppo. videas apud ipsum Bart. quam ob breuitatem relinquo.

Ex prædictis itaq; constat quid sit Ciuitas, & eius origo, & qua pœna puniantur in ipsius muro inuadentes, & ipsos deteriorantes finisq; est impositus præsenti membro.

IN VER. COMMERCIVM.

SVMMARIVM.

1 *COMMERCIVM quo iure fuerit inuentum.*
Commercium quid, & vnde dictum.
Commercium pro omnibus contractibus ponitur aliquando, & quomodo in tex.
Permutatio quo iure fuerit inuenta.
2 *Contractus innominati quo iure fuerint repert., & quot, & qui sint.*
3 *Quæ actiones dentur contra contractus innominatos.*
Actio præscriptis verbis quando detur.
Actio in factum quando detur.
Actio de dolo quando detur.
Item de euictione, quando agatur.
4 *Contractus nominatus in quo differat ab innominato.*
5 *Oppo. ad tex.*
6 *Intellectus ad tex.*

OCTAVVM MEMBRVM.

1 COMMERCIVM Notatur commericum esse de iure gen. quod quidem nihil aliud est nisi libera commeandi, contrahendiq; facultas ab ijs qui merces vltro, citroq; conuehunt, vel

est

est vicissitudo dandi, & accipiendi, deriuatum est enim secundum Isid. a mercibus, quas res venales nuncupamus, & est commercium, quasi commutatio mercium, quod quidem nomen secundum Alber. quem refert hic Ias. versic. 17. est nomen generale quod potest referri ad omnes contractus, sed aduertatis contra Paul. de Cast. hic in 2. lect. versic. 28. quod non debet intelligi in tex. nostro commercium generaliter pro omni genere contractus, nisi ideo de innominatis intelligamus, quod idem forsan colligitur generaliter de omni contractu etiam ex mente Ias. vbi supra, nam hic ponitur commercium pro permutatione secundum quosdam, quæ vera videtur esse opinio, eo quia cum dominia essent distincta, non potest credi quod statim pecunia fuerit reperta ad hoc vt venditio fieri posset, sed cum quis vnam rem haberet permutabat cum alia vicissim secundum necessitatem temporum, ac rerum, quod puto intelligi, & extendi ad omnes contractus innominatos, & sic dicat commercium antea, & postea emptiones, & alios contractus nominatos tex. connumeret demonstrando & innominatos, & nominatos esse iure gen. Nam quis negabit permutationem, seu contractus innominatos esse de iure gen.? Quis reperiet in tractatu originis contractuum, & aliarum rerum de iure gen. emanantium in hoc nostro tit. permutationem? & ratio naturalis quodamodo videtur demonstrare intentionem leg. nostræ cum prius ruditer quodammodo fierent contractus vt est permutatio quæ videtur simplici via facta, nam do rem meam, vt alia rem mihi des, & postea venerunt contractuus in quibus magis solemniter quid adhibetetur, & ideo tex. prius de commercio, & postea de contractibus nominatis verba protulit, & hinc quidem dici potest quod omnes contractus innominati dicantur bone fidei §. omnium instit. de actio. vbi DD. omnes leg. actionum autem ff. de actio. l. 2. C. de rer. permu.

3 Quo accepto intellectu quæro quot sint contractus innominati, & quatuor recensentur in l. naturalis §. iii prin. ff. de præscrip. verb. videlicet Do vt des, Do vt facias, facio vt facias, facio vt des, ex quibus oritur actio. præscriptis verbis, de qua in §. actionum DD. pertractant Instit. de Actio. & varijs in locis passim, quibus quatuor alios addebat contractus innominatos Iac. Concennat, epitom. Oecon. iuris Ciuil. lib. 2. de oblig. & actio. ciuil. cap. 41. de permuta. dicendo primo loco quod sit permutatio, 2. si fundus propter quid exiguo precio venditus sit, 3. Do vt des 4. do vt facias 5. Facio vt des, 6. Facio vt facias, 7. Diui-

sio, 8. Aliarum contractus de primo, 3, 4, 5. & 6. non dubitatur, de 2. dicitur quod sit contractus innominatus nam eo fit vt si fides promissi non impleatur Praescriptis verbis actione de qua in l. si tibi de praescrip. verb. fundum repetere poterit leg. cum te C. de pact. in empt. De 7. & sic de Diuisione tradit etiam Bart. in l. 1. C. com. vtri. vnde quis tenetur de euictione leg. 7. C. eodem; & idem Bart. dicit de annis in leg. 6. §. illud versic. 2. C. de fid. inst.

3 Contra praedictos autem contractus plures dantur actiones, quas inter alios cumulauit Iac. Concen. vbi supra dicendo actiones contractuum innominatorum esse praescriptis verbis, quae principalior est, condictio ob causam, in factum, de dolo, quatenus interest, & euictio, & licet plerique nullam actionem in genere dari posse existiment, nos tamen cum Bart. in leg. 3. versi. 1. versic. venio C. de neg. gest. aliter censemus, quotiescunque igitur non seruatur, quod nominatim inter contrahentes conuentum est, deficientibus nominatis actionibus l. 2. de praescrip. verb. competit actio praescriptis verbis l. debitori in fine C. de pactis l. naturalis §. 1. de praescrip. verb. quae incerta ciuilis actio dicitur l. rebus C. de re. permu. competit autem in 4. contractu d. l. naturalis §. at cum do l. solent eodem l. cum acta C. de transact. eo quoque nomine vtilis condictio datur l. legem C. de pact. vti iusque actionis differentiam latissime prosequitur Bart. in l. 2. versi. 2. 3. & 4. cum sequen. C. de cond. ob cau. vtraque tamen huc pertinet, vt vel fides placiti seruetur, vel causa non sequuta, quod acceperit statim restituatur l. cum precibus C. de re. permu. l. 1. cum 2. seqq. & l. si pecuniam de con. cau. da. l. eum qui §. 1. ff. de verb. oblig nisi dies adiectus fuerit l. aristo ff. de dona. not. Bar. in l 36. C. de transact. vt si quis vsum alicuius rei tibi dederit, vt vicissim rei tuae vsum capere posset praescriptis verbis agitur §. praeterea Instit. loca. Condictio vero ob causam ad repetendum, quod datum est competit si promissa non seruentur l. naturalis §. 1. ff. de praes. verb. & toto tit. ff. de cond. ob cau. cum alijs relatis a Iac. Concen vbi supra. Tertio datur actio in factum, vt si res permutata a te euicta sit, in factum actio competit l. 1. §. vnde ff. de re. perm. ita tamen si dominium rei tuae in alterum transtuleris l. si tibi ff. de praescrip. verb. vt tradit inter alios latissime Oinot. in prin. Inst. de interd. versi. 28. cum multis seqq. vbi late declarat hanc actionem in factum diuidendo ipsa in plures species. Quarto loco de dolo actio datur si faciam vt des, & postquam feci cessas dare, nulla erit ciuilis actio, deficit enim actio praescriptis verbis l. naturalis §. quod si faciam ff. de praescrip. verb.

quia

quia factum repeti non potest merito subuenitur hac actione de Dolo d. l. naturalis Bart. in 1. actione versic. 8. C. de transactio. l. 3. versic. 7. C. de rer. permut. nam actio de dolo quandiu illa superest non competit l. 1. §. verba. & §. siquis ff. de dolo leg. 2. C. eodem vbi not. Bart. & l. 10 versic. 4. C. de procu. cuius effectus est, vt quatenus interest petatur l. arbitrio ff. de dolo Bart. in l. 1. versic. 5. l. 4. versic. 2. C. eodem, & late de huiusmodi actione Cagno. in l. 2. C. de rescin. vend. versic. 49. & 50. cum seqq. Postremo tenetur quoque quis de euictione, vt supra de diuisione diximus per l. 7. C. com. vtr. iud. & ex his & numerus contractuum innominatorum, & ipsorum actiones satis constant, licet non omnia de plano procedant, cum & inter contractus, & inter eorum actiones aliqua ab alijs non dicta videantur posita, quæ tamen aliqua ratione, vel autoritate non indigent.

4 Vnum tamen pro cognitione maiori sciendum est differe valde contractus innominatos ab ipsis nominatis; & prima est differentia quæ ex sono vocis satis manifestat, alia est inter multas, & ea præcipua, quæ est, quod in contractibus nominatis etiam re integra non est locus penitentiæ sicuti etiam ab initio liberum est contrahere, ita etiam post obligationem contractam altera parte inuita quis a contractu resilire non potest leg. sicut 5. C. de oblig. in rub. versic. Quotuplex sit contractus? versic. 13. secus vero in contractibus innominatis in quibus re integra habet locum penitentia leg. si pecuniam in prin. ff. de cond. cau. dat. immo & re non integra qui adimpleuit contractum pro sua parte antequam alter adimpleat pænitere potest, veluti si dedi tibi centum vt pro me vadas Romam, & antequam iter cæperis soluto tamen interesse, nam si aliquod damnum habueris ad te præparandum ad iter debes esse indemnis, & tamen lucrum habere non debes d. l. si pecuniam in prin.

5 Quibus breuiter ita factis deuenio de more ad oppo. vnicam Paul. de Cast. in hac leg. nostra in 2. lect. sub versic. 23. inquit enim, verbum hoc Commercium est generale, & comprehendit omnes, vt cum dicimus istius rei non est commercium significamus super ea non posse contrahi vt l. si in lege §. 1. de contrah. emp. Sed I. C. specificat contractus iurisgen. vt statim sequitur, ergo istud vocabulum generale non cadebat tanquam superfluum.

6 Difficultas est subtilis, & multum prodest ad ea quæ in princ. huius membri diximus, nam debet intelligi tex. noster de contractibus innominatis, nam alias I. C. esset superfluus, nec pu

L 2 tetis

tetis solum propter rationem prædictam Paul. de Cast. sed quia postea I. C. dicit obligationes institutæ exceptis quibusdam quæ a iure Ciuili introductæ sunt, & verbum obligationes ibi importat contractus & ita tenet gl. hic, & DD. exemplificando contractus introductos de iure Ciuili, & ita audiui a præceptoribus meis aliquando dici in Pandectis Pisanis. Seu potius Panormitanis, si originem spectemus, nunc vero quia post multa bella Florentini vicerunt, meritò, & iure Florentinæ nuncupantur, & declaratur hoc verbum ab Imp. in §. ius autem gen. Inst. de iu. nat. gen. & Ciuili vnde non quod Paul. de Cast. dicat quod non sit inconueniens vt post expressionem generis sequatur numeratio specierum, nam satis esset inconueniens, & superfluum velle referre duo verba ad vnam rem tantum demonstrandam, nam non ne satis sunt verba obligationes institutæ? ex quibus verbis constat genus, quod referri potest ad quoscunque contractus nominatos vt ex superius dictis constat, & verbum Commercium referri potest ad innominatos, & ideo ponitur prius Commercium de per se tum vt prius origine, tum ad distinguendum genus contractuum nominatorum quod consistit in versic. obligationes institutæ, & ratione factum est, quia verbum Commercium, vt eius præcipue ethijmologia; præter superius dicta a nobis videtur demonstrare magis permutationem mercium, & sic contractus innominatos, quam nominatos, quam nominatos, secus in obligatione quæ magis contractibus nominatis videtur adaptari, quod nisi ex aliunde constaret, constat ex positura tex. nostri, & ex iunctura leg. nostræ cum d. §. ius autem gen. vnde non debet dici commercium pro vt putat Paul. de Cast. quia vt constat ex prædictis esset dicere contractus veniunt de iure gent. & contractus, quæ locutio videtur rusticorum qui habitant extra vrbem nostram, nam solent eadem semper bis dicere, vnde mala, & superflua est, quod non euenit dicendo contractus innominati veniunt de iure gen. & fere omnes nominati.

Quare ex his constat ita concludi posse vt singula verba, singularem habeant sensum, & intellectum, & ideo I. C. non erit superfluus, & ita sit expeditum præsens membrum.

IN VERI

IN VER. EMPTIONES, VENDITIONES.

SVMMARIVM.

NONVM MEMBRVM.

1 EMPTIONES, Venditiones Hic latius extendere manum quam forsan liceat opus esset, pro vt hoc idem præcipuę in secundo membro fecimus, nam emptionum, & venditionum materia nimis vtilis, nimis necessaria est, qua nihil hominum commercio frequentius, in iure vtilius, in iudicijs sæpius, sed non nobis licet materiã totã explanare, cũ hoc non profiteamur, cũ lex nostra procedat tantũ tradendo nobis originẽ, vnde nõ nisi de origine nostra videtur esse professio, licet tamen sępe propter aliquã vtilitatẽ nõ relinquendã fines simus transgressi, quod & ea præcipue causa factũ est, ratione videlicet terminorũ, ne aliquãdo per opacas, atq; obscuras tenebras nullo ante habito lumine in alienas, ac nobis incognitas partes nõ quidẽ absq; periculo quodamodo ire videremur, hoc quidem & in pręsenti breuissime fiet, vnde pręd icta deseruient pro excusatione, vt quisque sciat quid profiteamur cum hanc legem acceperimus interpetrandam, immo quid profiterĩ nobis necesse sit, & nos non reprehendat quando aliquid præter originem rei de qua verba fiunt in medium proponemus demonstrandum

ſtrandum, & declarandum. Ad rem ipſam accedo.

Emptiones, & venditiones eſſe de iure gentium notatur ex hac lege noſtra, quo cuius notabilis intelligentia, & vtilitate aliqua breuiter quæram, & ideo de ſubſtantialibus emptionum, deque actionibus tam ex empto, quam ex vendito aliquid dicendo non erimus auari poſtea vero ſtatim ad oppo. deueniemus, ex quibus reddetur abſolutum huiuſmodi membrum, ſeu notabile.

2 Venio ad ſubſtantialia ipſius emptionis, quæ omnia videntur eſſe conſenſu partis vtriuſque, pretium certum, res certa, & traditio, debet eſſe conſenſus in princ. Inſt. de empt. & vend. l. 2. & 3. ff. de con. emp. & hoc tranſit abſque difficultate; debet eſſe certum pretium l. 2. §. 1. l. pacta de con. emp. §. precium Inſtit. de emp. quod tamen dicetur certum ſi conferatur in alicuius ſententiam, & arbitrium tex. eſt expreſſus in dict. §. pretium; debet eſſe res certa l. nec emptio l. ſi in emptione §. omnium rerum ff. de con. emp. l. 3. §. 1. de acq. poſſ. ratio nota eſt, quia incertitudo vitiat actum l. cum ex pluribus ff. de ma. teſt. debet eſſe traditio, non enim eam emptor propria autoritate capere poterit l. prædia ff. de cont. empt. ſed nec ante dominus rei venditæ efficitur, quam res a domino realiter ſibi ſit tradita l. traditionibus C. de pactis §. per traditionem Inſt. de re. diuiſ. l. ex empto de actio. emp. ſi per præcarium, vel retentionem vſuſf. vel conductionem rei venditæ non poſſederit l. quod meo ff. de acq. poſſ. leg. quadam mulier de rei vind. leg. certe §. 1. de precar. ſed non dico dare, ſed tradere ad differentiam contractuum innominatorum, nam ſi do precium vt res mihi des erit contractus innominatus, non autem venditio, quia do vt des, quæ res videtur ſubtilis ſed ad quid? ipſam autem ponit Iac. Concen. epit. Occon. lib. 2. de emp. & vend. verſic. 6.

3 Actiones autem in emptionibus, & venditionibus ſunt diuerſæ, & aliæ ex empto, aliæ vero ex vendito competunt, ex empto autem actiones plures ſunt, quas breuitati inſeruientes omnes referemus.

Prima eſt vt res empta venditori tradatur leg. ex empto de actio. emptionib.

Secunda eſt de euictione, nam ſi emptor non permanſerit dominus rei ſibi venditæ habebit euictionem contra venditorem l. 1. cum ſeq. ff. de euict. l. tenetur §. ſi ſibi ff. de act. empt. nam ſemper euictio tacite intelligitur poſita in conditione licet nihil fuerit expreſſum l. non dubitatur C. de euictio. & ibi DD.

Tertia, eſt cautio in duplum de qua loquitur tex. in leg. pacta ff. de con. emption.

Quarta est Redhibitoria d. l. leg. ex empto §. redhibitionem ff. de actio. empt.

Quinta est actio quanti minoris de qua in l. Iulianus ff. eodem.

Sexta est de dolo, & culpa de qua in d. leg. Iulianus §. in ijs, & l. tenetur §. si dolo ff. eodem.

Septima quanti interest not. Bart. in l. 1. ff. eodem, & in l. 31. §. 1. versic. 8. ff. si cer. per.

Octaua est Praescriptis verbis, nam si pretium datum sit, vt res detur, & res accipientis non efficiatur, pecunia hac actione repeti potest l. f. de cond. ob cau. quas actiones connumerat Iac. Concin. vbi supra.

4 Ex vendito autem plures etiam sunt actiones, que quidem competunt venditori, quarum prima est actio ex pacto. l. commissoriae de qua l. si fundus §. eleganter ff. leg. com.

Secunda est vt pretium persoluatur d. l. Iulianus §. ex vendito.

Tertia est vt numi reficiantur venditoris l. 1. ff. de rer. permut.

Quarta est, ad fructus a tempore factę venditionis, & non soluti pretij dict. leg. Iulianus, & leg. curabit C. de actio empt. alias, si quae vere sint, actiones videatis apud dictum Iacob Concin. vbi supra.

5 Venio ad oppo. & primo loco oppo. Bart. & Paul. de Cast. in hac leg. nostra versic. 29. quod in mo emptio sit facti leg. consilio in fine de cu. at. furio. ergo non iuris leg. idem erit ff. de stat. hom. in fine.

Resp. Bart. quod licet sit facti tamen ex iure prouenit, pro vt tenet gl. in d. l. consilio, vt in similibus haereditas est ius leg. haereditas de verb. sig. & tamen comprehendit res corporales, & incorporales l. 1. §. quaedam 1. de rer. diuis.

6 Alij respondebant quod tria consideranda sunt primum est potestas contrahendi, & hoc est de iure gen. vt hic, secundum est ipsum contrahere, & hoc est facti dict. leg. consilio, Tertium est considerare effectus contractus, & hoc est iuris quia obligatio est iuris vinculum & c. vt in prin. Inst. de oblig.

Alij putabant quod materia esset facti, forma vero, & solemnitas esset iuris.

Alij vero sentiunt quod ipsum contrahere sit facti pro vt in fieri, sed ipse contractus iuris pro vt scilicet est in facto esse.

Vel vos respondeatis fatendo cum Paul. de Cast. quod sit emptio facti, sed tamen venit ex ipso iure gen. idest ex instinctu, & consuetudine gentium, neque obstat d. leg. idem, nam ea quae sunt facti non sunt iuris positiui vt ibi, sed gen. possunt dici cum, illud

possit

possit capi pro vsu gen. qui facti est vt not. Inst. eodem §. ius autem gen. in tex. & gl. qui vsus, & consuetudo facti est, vt in cap. 1. de constit. lib. 6. & ad tex. in dict. leg. consilio respondetur, quia ibi magis facti quam iuris, non sequitur, quod non sit iuris, & eadem responsio data dict. leg. idem, & huic deseruit.

Sed poterat breuius responderi quod emptio sit facti, sed quod illius facti approbatio, legittimatio, robur, & efficacia prouenerit de iure gen. itaque non valet dicere facti est ergo non iuris, quia & iuris, & facti simul quid potest esse, & hoc in omnibus factis de iure potest exemplificari, & potest firmari, multis relictis, per dict. leg. idem & hæc meo iudicio videtur commoda responsio.

7 Oppo. & iterum ad tex. vna cum DD. nam vt superius diximus demonstrantes substantialia emptionis requiritur pretium & tex. est in leg. 1. & 2. ff. de con. empt. & in leg. pacta 72. ff. eodem, & in §. pretii m cum seq. Inst. de empt. & vendit. sed pretium, seu pecunia est de iure Ciuili, nam autoritate Principis debet cudi l. 1. de const. emp. ergo & emptio.

8 Bart. respon. quod licet pecunia sit de iure Ciuili, tamen emptio est de iure gent. ex inuentione, quæ responsio tanquam sibi contraria non videtur admittenda, nam si pecunia est de iure Ciuili, ergo venditio non poterat esse ante ius Ciuile cum emptio absque pecunia non extet, sed vel post ius Ciuile, vel in eodem tempore iuris Ciuilis, sed ius gen. fuit ante ius Ciuile, nam cum ipso genere humano proditum est l. 1. ff. de acq. rer. dom. ergo contraria sibi est responsio cum velit sine pecunia emptionem fieri non posse, & velit etiam quod emptio sit de iure gen. quando pecunia adhuc non erat vt Bart. putare videtur.

Respon. alio modo Paul. de Cast. quod pecunia tamen erat de iure gen. & cudebatur iussu Regum, & ita dicit colligi ex tex. nostro, post imperium vero Rom. iussum esse quod cuderetur autoritate Principis, & ita intelligit. l. 1. de con empt.

9 Sed huiusmodi Paul. de Cast. responsio fundata est in hac l. nostra, quia videtur dicere Paul. si lex nostra dicit emptionem esse de iure gen. & alia lex dicit quod emptio non potest absque pecunia, ergo prius quam esset ius ciuile autoritate Regum cudebatur pecunia vnde videtur illo vitio maculari Paul. responsio, vt supponatur verum id, de quo disputatur.

Sed antequam ad solutionem huius argumenti deueniamus necesse mihi prius videtur esse quærere an pecunia sit de iure Ciuili, vel de iure gen. & quidem per id quod dicit Bart. videtur esse de iure Ciuili,

Ciuili, quod idem patet cum primis temporibus, & nummi signati non essent ex Plin. Histor. nat. cap. 1. & 3. lib. 33. Budes in l. 1. ff. de cont. empt. Francis. Connan. lib. 7. cap. 5. Matth. de Aff. in 3. feud. Tit. Quę sint Regal. §. monetæ Eutrop. lib. 2. Tiraq; de retract. lignat. §. 1. gl. 20. num. 9. Stef. Forcat. Dial. 48. Pollid. lib. 2. de inuen. rer. cap. 20. Item hoc patet per tex. in d. l. 1. ff. de con. empt. ibi Olim enim non erat ita nummus sed ius gen. cum ipso genere humano proditum est d. l. 1. de acq. rer. dom. ergo pecunia debet esse de iure Ciuili, quod est post ius gen. l. ius Ciuile infra tit. nostro.

Respondent aliqui dicendo quod pecunia sit de iure gen. nam antea licet non esset pecunia ex auro, vel mettalo erat tamen ex corio, vel alia materia viliori Alb. Ang. post Cin. in hac l. nostra, quos sequitur Ias. hic versic. 22. & nouissime Otto. Hisp. & Ant. Burg.

Sed hec responsio non placet Ario Pinello in rub. C. de rescin. vend. cap. 1. num. 4. quia pecuniæ vsus inquit ipse, nec in metallo, nec in alia materia etiam viliari in ea prima ætate cognitus erat, nam vilitas materiæ non facit quod proprie non sit pecunia, & sic videmus vndique dubia, nam vel contrarietatem in legislatore esse fateri debemus, vel prædictorum autoritatem negare cogimur.

10 Pro solutione argumenti Bart. Ias. & aliorum præmitte quod duplex est ius gen. aliud antiquum, pro vt ita vocat Imp. in d. l. 1. ff. de acq. rer. dom. quod quidem vt idem ibi dicit cum ipsa natura proditum est, & ex hoc homines habuerunt ius piscandi, venandi, & alia huiusmodi iura, & quia apud omnes gentes seruatur ideo ius gen. dicitur, & quia ab initio mundi fuit antiquum nuncupatur in d. l. 1. quod & naturale aliquando dicitur §. singulorum Inst. de rer. diuis. Nec te moueant vnicum esse dicentes, quia in iure hoc videretur hereticum, cum pateat expresse ex d. l. 1. ibi antiquum ad differentiam secundi iurisgen. dici, quod fuit postea crescente hominum malitia, humanisque necessitatibus suadentibus, vnde bella, seruitutes, manumissiones, dominia, & alia de quibus in tex. nostro cum leg. sibi annexa, ad cuius rei confirmationnem facit, nam aliter dicere esset contradictio in iure nam duplex per ipsum fuit constitutum, quia in d. §. singulorum dicit Imp. Quarumdam enim rerum dominium nanciscimur iure naturali, quod sicut diximus appellatur ius gent. ecce primum ius gen. quod & in d. leg. 1. significatur, quodq; & naturale vocatur, hoc patet claris verbis, præterea in l. manumissiones supra hoc nostro tit. inquit Vlpia. Quę res a iure gen. (nempe ma-

numiſſimo) a iure gen. originem ſumpſit, vt pute cum iure naturali omnes homines liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſſio, cum ſeruitus eſſet incognita, ſed poſtquam iure gen. ſeruitus inuaſit ſequutum eſt beneficium manumiſſionis, ecce quod Vlp. tradit 2. Iuſgen. ex quo bella, ſeruitutes, & alia de quibus in tex. orta ſunt, quod forſan quis dicet idem ius eſſe? hoc verum eſſe impoſſibile eſt, quia in dict. §. ſingulorum inquit Imp. ius gen. vocari ius naturale, & in dict. leg. manumiſſiones inquit Vlp. venire manumiſſiones propter ſeruitutes quæ ex eadem ſecundo iure gent. veniunt, quę quidem ſeruitutes, vt ipſe verbis expreſſis ait contrariæ ſunt iuri naturali, liberi enim ex iure naturali omnes naſcimur, vnde cum duo contraria non poſſint eſſe ſimul in eadem ſubiecto, non poteſt dici quod ius gent. dicatur ius naturale, & contineat ſeruitutes, cum ſeruitutes ſint contrariæ iure naturali, ideo ex prædictis fateri neceſſe eſt aliud eſſe ius gen. aliquando naturale dictum, & ſic primeuum, aliud ius gen. iuri naturali contrarium, & ſic ſecundarium.

Fateatur igitur quiſque duplex eſſe ius gent. & ideo his veris præſupoſitis deuenio ad ſolutionem argumenti, & dicatis quod pecunia ſit de iure gent. ſecundario, & ſic ſatis facies Plinio, & alijs ſupra deductis, & ideo iure optimo emptio de iure gen. dicta eſt, neque obſtat argum. Bart. Paul. de Caſt. & Iaſ. & aliorum, quia talis poteſt eſſe reſponſio, pecunia autoritate principis debet cudi, tranſeat, hoc fateor ergo eſt de iure Ciuili, nego conſequens, & hęc eſt doctrina ipſius Bart. in hac l. noſtra num. 4. nam non valet hoc facit Princeps ergo eſt de iure Ciuili, vnde Bart. cum cæteris ex eius doctrina ſatisfactum eſt, neque obſtat tex. in dict. leg. 1. de contrahen. empt. nam ibi ita non erat nummus ergo erat alio modo de ipſo iure gent. ſecundario, vnde retorquere potius poteris, & ideo non obſtante d. argum. Bart. Bal. Pauli de Caſt. Iaſ. & aliorum concludere poſſumus emptionem, & venditionem eſſe de iure gent. pro vt tex. noſter docet ab omni argumentorum morſu vindicatus.

IN VER. LOCATIONES CONDVTIONES.

SVMMARIVM.

1. LOCATIO quid ſit.
2. Emptio in quibus conueniat cum locatione.
Subſtantialia locationis quæ.

3 Emptio,

3 *Emptio, in quo discrepet alabatione.*
Per locationem res non mutat dominium.
4 *Pensio locationis non solum in pecunia, sed in qualibet re potest esse.*
Immo & in aliquo facto potest consistere.
5 *Quotuplex sit locatio.*
6 *Naturalia locaionis quæ sint.*
In locatione venit bonum, & equum.
Locatio transit ad hæredes.
Vtrum res locata possit sublocari alteri.
Vtrum locator teneatur ad interesse si quid vitiosum locauerit.
Vtrum in locatione venit Dolus, & lata culpa, immo an & imperitia.
An debeant, & possint repeti expensæ factæ in re locata.
An res locata possit deteriorari.
Vtrum per vnicam locationem probetur quod res solita fuerit locari.
Per locationem aliquo modo vtrum probetur possessio.
Per solutiones factas 30. vel 40. annorum an præsumatur locatio perpetua, vel ad quod tempus.
Emphiteusis alia secularis, alia ecclesiastica.
Locato Castro cum toto territorio quid censeator locatum.
7 *Qui possint locare.*
Militi vtrum possit locari.
Quid in curiali.
Quid in Clerico.
8 *Actiones tam ex locato, quam ex conducto quæ sint.*
9 *Oppo. ad tex.*
Legem pro pacto poni non est nouum.
10 *Intellectus ad cap. ius naturale 1. distinctio. contra Paul. de Cast. & alios.*
11 *Matrimonium aliud proprium, aliud improprium dici.*

DECIMVM MEMBRVM.

LOCATIONES, Conductiones Locationum, & conductionum materia quam sit vtilis, & necessaria commendationibus ostendere opus non esse credo, de hoc quidem doleo, profitendo ex lege nostra originem tantum demonstrare, non posse ad alia transitum facere, ne quid dissimile ab eo quod facturi sumus profiteremur, non tamen ad maiorem cognitionem definitionem, substantialia, naturalia personas, quę contrahere possunt in huiusmodi contractu, & actiones tam ex locato, quam ex conducto competentes relinquemus, sed breuiter prædicta omnia potius significa-

M 2 bimus

bimus, quam tractabimus ad hoc vt sciamus rem ipsam de cuius origine quæritur.

1 Est itaque locatio propriæ rei ob precium pactum ad alterũ vsum facta translatio Azo in summa C. de loca. Iaco. Concen. Ephit. æcono. lib. 2. cap. 23. de loca. cond. & passim per DD. & in Inst. eadem tit. & in ff. & C. & ista est communiter accepta definitio vt tradit Pet. Nico. Mozzi. in tract. de contract. tit. de Loca. & con. num. 12. vnde apparet eius correlatiuum quod est conductio.

2 Habet autem quid commune præter originem de qua in tex. nostro cum emptione, & venditione, nam sicuti emptio, ita etiam locatio consensu contrahetur l. 1. ff. eadem Item secuti emptio absq; pretio non fit, sic etiam locatio si non fuerit mentio de certa mercede vt in prin. inst. eodem, & l. 2. in prin. ff. eodem. Item sicuti pecunia numerata emptionis pretium consistere debet §. item petium in 2. Inst. de empt. ita in locatione merces §. 1. Inst. loca. & ideo est defferentia inter locationem, & emphiteusim, quia in emphiteusi potest solui & vinum, & frumentum vt frumentum vt tradunt DD. in leg. 2. C. de iure emph. vbi præsertim Ias. Item sicuti pretium emptionis potest conferri in alterius arbitrium dict. §. pretium, sic etiam in locatione in princ. Instit. eodem. Item vterque contractus est vltro, citroque obligatorius, & vt dicit Oinot. in prin. Inst. eadem num. 6. referendo Ang. ibi hic duo contractus dicuntur fraternisare.

3 Neque tamen idem sunt, sed etiam licet in multis conueniant, in multis etiam discrepant, nam vt præsertim tradit Tholosan. in suis Synt. Iuris part. 2. lib. 25. cap. 12. num. 4. in emptione detur pretium, & pretium, est estimatio rei venditæ quo nomine pretium emptionis differt a locatione in qua & datur pecunia pro mercede, seu pensione leg. 1. §. si quis seruum depos. gl. in leg. qui quatuor §. qui hortos de l. 3. l. 1. locat. in prin. non pro estimatione rei gl. in leg. 1. §. 1. in versic. in agendo de Superf. licet magis improprie confundantur leg. ij qui C. loca. leg. insulam. leg. ea lege §. si enim ff. eodem tit. Item quia per locationem res non mutat dominium vt in emptione leg. conuenit ff. de contrahen. empt. leg. non solet ff. loca. Item quia diuerso modo fiunt, fit enim pensio locationis causa alio modo quam pecunia scilicet tritico, vel alijs rebus, sine pretio tamen emptio non est, & quomodocunque sit pro pretio est l. quod venddi 19. de contrahen. empt. l. procuratoris §. §. pen ff. de trib. actio.

Sunt aliæ quoque differentiæ, sed dictæ tanquam notabiliores, & fortiores sufficiant.

4 Huiusmodi

4 Huiusmodi autem locatio seu conductio non solum consistit in dando ad vtendum, sed etiam si quis constituta certa mercede mandauerit tibi vt aliquid facias l. 1. in fine ff. manda. vt puta si dedero tibi vt vestimentum polleas l. item §. si fullo ff. loca.

5 Huiusmodi autem locatio, vel est ad modicum, vel ad longum tempus de locatione ad modicum loquitur tex. noster de locatione ad longum tempus, de locatione ad modicum loquitur tex. noster, de locatione ad longum tex. inferius verba faciemus, & huiusmodi, secundum gl. hic communiter receptam, dicitur esse locatio de iure Ciuili.

Itaque ex prædictis constat quid sit locatio, & conductio, quotuplex, & quæ sint eius substantialia.

6 Venio nunc ad naturalia locationis, & conductionis, & quidem plura sunt quæ connumerantur præcipue inter multas a Pet. Nicol. Mozzi. vbi supra de locat. & cond. in ea parte qua agit de Naturalibus Locat. & Ludol. Schrad. de Contract. tit. de locat. & cond. num. 76.

Primo loco ex natura locationis est, vt veniant omnia ex bono, & equo prouenientia cum sit contractus bonæ fidei l. consensu ff. de actio & oblig. §. 1. Inst. de oblig.

2 Vt transeat ad hæredes l. viam C. locat. si tamen aliquo modo facta fuisset vt eius successio esset impossibilis, vt in locatione vsusf. nam talis locatio mortuo vsufructuario non potest transire hæredes l. 4. ff. loca.

3 Vt res locata possit sublacari alteri l. nemo prohibetur C. eadem, sed intelligas dummodo non sit peioris conditionis, vt ibi tradit gl. communiter recepta.

4 Vt locatio rustici prędij duret per annum si non fuerit locator expulsus antequam inciperet annus, secus in vrbano vt tradit Bal. in leg. legem C. eodem, & tex. est in leg. item quæritur §. f. ibi Alb. Bart. ff. loca. & Bart. in dict. leg. item quæritur §. f. reddit rationem diuersitatis quia scilicet non in qualibet parte anni fructus in locatione fundi accipiuntur, sed debet expectari totus annus.

5 Vt quis teneatur ad interesse si quid vitiosum locauerit, & vide quæ dicit tex. in l. sed addes §. 1. vbi Bart. ff. eodem.

6 Vt veniat dolus, & lata culpa, & quod plus est imperitia l. si quis fundum §. Celsus ff. loca. l. videamus ff. eodem, & hoc declarat Mozzi. vbi supra num. 8.

7 Vt repetantur expensę necessariæ factæ in re locata l. 1. ff. de impen. in reb. dot. Paul. de Cast. in l. domos in fine ff. de leg. 1. vbi

DD.

DD. communiter Boeri. deci. 44. num. 13. Menocch. de Arb. iud. Casu 215. lib. 2. Centu. 3. vbi diffuse, & in consil. 64. num. 17. lib. 1. Luodol. Scrad. in tract. de Contract. tit. de locat., & con. num. 21.

8 Vt conseruetur, non autem deterioretur res locata l. si agri ibi gl. ff. de vsusf. Ruin. consf. 58. & 89. vol. 1.

9 Vt per vnicam locationem probetur, quod res fuerit solita locari Paul. de Cast. cons. 189. vol. 2. col. 1. & in l. 1. C. quo. & quan. ind. infinitos ad hoc citat Mozzi. vbi supra num. 13.

10 Vt probetur possessio cum aliquo adminiculo rei locatę l. quędam mulier ff. de rei vind. l. qui bona in prin. l. quamuis §. 1. vbi DD. ff. de acq. poss. leg. certe in fine, & in l. in rebus l. f. præcar. Gab. com. opin. lib. 3. tit. de loca. Conclus. 4. & vide quos citat Mozzi. vbi supra versic. 15. & seq.

11 Vt per solutionem 30, vel 40. annorum certam, & vniformiter factam censeatur locatio perpetua Bal. Ang. in l. male agitur C. de præscrip. 30, vel 40. anno. Sed hoc intelligendum est cum distinctione, nam si sumus in locatione Ecclesiastica censetur emphitheusis solemnis, quod idem putatur in seculari, sed in hoc est differentia, quia si sit Ecclesiastica censetur facta vsque ad tertiam generationem, si vero secularis censetur perpetua latissime demonstrat inter mille Menocch. præsump. 109. lib. 3. quod secus esset si illa Ecclesia soleret dare semper in perpetuum, nam tunc consuetudo seruatur, & censetur facta locatio secundum consuetudinem Ecclesiæ Bal. in Auth. Quas ruinas col. 2. C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 125. col. 2. vol. 5. Couar. Varia. resol. lib. 2. cap. 17. num. 6. & ita consului in causa Dominorum de Agliata Nobilium Pisanorum in Cons. 3. Incipiente. D. Abbas S. Zenonis in 3. quæsito vol. 1.

Vltimo loco, quod si tibi locauero castrum cum toto territorio non veniat locus sterilis, vel vsus fluminum Roman. Singul. 64.

7 Quæro nunc quinam possint huiusmodi contractum conficere, & quibus possit locari, & Respond. Mozzi. vbi supra in ea parte qua agit De his qui poss. loca. in prin. quod & omnes possunt locare, & omnibus locari potest, sed fallit tamen.

Primo loco loco in milite cui non potest locari l. milites, & l. f. C. loca. quinimo ampliatur dict. l. milites vt extendatur ad militis procuratores, factores, seu fideiussores, nisi ideo miles conduceret pro necessitate armorum, vt pro equitibus, vel similibus vt ibi gl. tradit, & Mozzi. ibidem. Sed procedunt pro vt puto, prædicta quando sunt in expeditione, seu in bello, nam & similiter militaria

ria priuilegia in expeditione procedun l. 1. de milit. testam. cum concordantibus, & ego dixi in priuilegijs militium in rub. extra de Testam.

Secundo fallit in Curiali eodem modo l. Curialis C. eodem.

Tertio fallit in Clerico Auth. de Santiss. Epis. colla. 9. §. alium & cap. 1. & cap. Sacerdotibus. Ne cle. vel mona. nego. secu. nec per procuratores poterunt l. repetita C. de Epis. & cle. Hostien. in sum. Tit. loca. post num. 6. nisi hoc faceret Clericus propter aliquam necessitatem vt cap. 1. & 2. ne cle. vel Mona. cap. Dilecti de Decim. vbi gl. Mozzi. vbi supra num. 7.

Denique non poterit locare ille qui fuerit prohibitus a lege, vel Statuto, vel pactione arg. l. f. C. de reb. alie. vel non omnes autem qui prohibentur a lege nimis esse enumerare, sed vide. quas personas dixi non posse testari in rub. extra de Testam. parte 1. cap. de Personis, nam quæ prohibitæ sunt testari, & contrahere prohibentur, cum militent rationes non diuersæ vt ex illis constat.

8 Nunc ad actiones deuenio, & quidem ex locato actiones sunt tres; prima est ad pretium conuentum petendum, vel rem locatam sibi restitui l. quæro §. inter ff. loca.

Secunda est ad rem locatam post tempus finitum repetendum dict. §. inter.

Tertia est damnum culpa illatum resarciendum leg. si vt, §. sed vbi ff. commod. leg. 3. §. si vero ff. naut. caup. Culpam intelligit Bart. in leg. fluminum §. præterea in fin. ff. de dam. infec. latam, & leuem, quo fit, vt si culpa conductoris res perierit ex conductione teneatur leg. prim. §. si vestimenta cum seq. ff. depos. leg. item §. gemma ff. locat. Culpa autem est non ea præuidere, vel prestare, quæ a diligente præuideri, & præstari poterant leg. si putator ff. ad leg. Aquil. §. qui pro vsu Instit. loca. leg. item §. 1. ff. eodem.

Actiones vero ex conducto sunt quatuor, & Prima est, si re conducta vti non possit, vel non reficiatur l. ex conducto ff. loca. l. licet C. locat l. ex conducto §. 1. ff. eodem.

Secunda est si res conducta non reficiatur, nam si re conducta frui quis non potest fructus non dabit l. si fundus l. quæro §. 1. ff. eodem l. si quis §. f. l. ex conducto §. 1. ff. eodem.

Tertia est ex vi, cui resisti non possit l. item §. exercitu ff. eodem.

Vltima est ad interesse Bart. in leg. 21. §. 1. ff. loca. quem refert Iacob. Iencer. vbi supra num. 8. vbi huiusmodi actiones connumerat.

9 Quibus sic breuiter præmissis oppo. ad tex. per §. conductor autem.

autem Instit. de loca. & cond. vbi locatio debet fieri secundum legem, sed leges sunt de iure Ciuili l. ius autem Ciuile infra tit. nostro, ergo & ipsa locatio.

Resp. ex gl. ibi intelligitur secundum legem, idest secundum pacta, pactum enim sæpe in iure nostro appellatur lex vt latissime declarat Dec. in l. legem C. de pact. in primo Notab.

Item oppo. Paul. de Cast. num. 29. versic. tertio oppo. nam contractus fuerunt inuenti de iure naturali, vt in cap. ius Naturale 1. distin. vbi dicit quod depositum, & commodatum fuit de iure naturali.

Resp. & ipse se intelligere illum tex. 1. de iure gen. primeuo, quod dicitur naturale vt Instit. de rer. diuis. §. singulorum, non autem potest intelligi de iure naturali vt in leg. ius naturale supra eodem, quia depositum, commodatum cadit in brutis, emptio vero, & venditio, locatio, & conductio fuerunt de iure gen. secundario, quæ requirunt nummum, qui ab initio non fuit inuentus.

Sed huiusmodi responsio contraria est ipsi textui, nam inquit. Item depositæ rei, vel commodatæ pecunię restitutio. vnde si emptio, & venditio, locatio, & conductio pro vt inquit Paul. de Cast. non poterant esse de iure gen. primeuo, quia non erat nummus, quomodo concedit quod potuerit esse commodatum pecuniæ, de quo loquitur d. cap. ius naturale, vnde Paul. de Cast. non considerauit d. tex. loqui de pecunia.

10 Tex. quammaxime vrget, vos tamen respondeatis tex. illum non loqui de Deposito tanquam de deposito, sed restitutione rei per alios possessæ, & datur exemplum in deposito, & commodato, quod idem poterat fieri in emptione, venditione, & cæteris similibus, quia cum omnium possessio communis fuisset, ac etiam vna libertas, & rerum acquisitio, pro vt inquit tex. ibi, non potest dici, quod fuerit depositum, vel commodatum, sed si quis aliquid tanquam proprium accepisset pro aliqua sua indigentia, vel necessitate deberet postea restituere ad communem possessionem, ad communemq; libertatem, vnde cum eo iure non fuerit particulare dominium proprio nomine nuncupatum, necesse fuit id demonstrare ex simili, nam si aliter diceretur tex. ipse sibimet esset contrarius, cum diceret communem esse possessionem, & vniuersalem, & eandem simul, & eodem tempore particularem; quare ex prædictis apparet non obstare tex. & Paul. de Cast. ipsum bene non considerare specialiter de pecunia loquentem.

11 Item oppo. Paul. de Cast. num. 30. dicendo iterum, quo contractus

tractus qui consensu contrahuntur sint de iure naturali, & dat exemplum in matrimonio, quod non nisi consensu fit l. nuptias de reg. iuris cum mille similibus, & tamen est de illo iure naturali d. l. ius naturale.

Resp. ipse Matrimonium improprie sumi pro coniunctione matris, & fæminæ, sed pro vt est coniunctio animorum dicit, quod est de iure gent. sicuti cæteri contractus, qui consensu contrahuntur.

Sed friuola est oppositio, & non bona responsio, quia matrimonium est de iure gen. primeuo, cæteri contractus vero sunt de iure gen. secundario, vt ex his quę pluries de iure gen. supra diximus satis constare poterit.

Et ex his sic breuiter peractis sit expeditum huiusmodi notabile, seu membrum locationis, & conductionis.

IN VER. OBLIGATIONES INSTITVTAE.

SVMMARIVM.

1 *CONTRACTVS alij nominati, alij innominati sint.*
2 *Oppo. ad tex.*
3 *Omnis oblig. vel ciuilis, vel naturalis extat.*
Ius gent. quomodo ius Naturale nuncupetur.
Ius gen. constat ex duabus partibus.
Seruus quomodo de iure dicatur mortuus.
Alimenta an possint relinqui seruis.
Ciuilis obligatio. origo quando fuerit.
4 *Oblig. naturalis duplex.*
Oblig. naturalis quando, & quomodo producat actionem.
Oblig. Antidoralis quos effectus producat.
5 *Actio quo iure fuerit reperta, & late disputatur.*
Illud dicitur causa causa, quod est causa causati.
Magistratus quo iure fuerint inuenti.
Actio, a qua oblig. oriatur.

VNDECIMVM MEMBRVM.

1 OBLIGATIONES institutæ Contractus vt ex his quę in octauo membro diximus satis constat quod alij sint nominati, alij innominati, de innominatis diximus in dict. memb. 8. nunc autem I. C. postquam de aliquibus specialiter nobis significauit originem, in genere dicit obligationes fuisse institutas,

N quasi

quasi diceret & alij multi nominati contractus fuerunt instituti, & hic est verus, & bonus intellectus huius nostri tex. in quo DD. quodamodo confusi esse videntur, nec fuit adhuc satis declaratus, nos autem post oppo. discussas statim eius intellectum supradictum melius ostendemus, nihilq; præmittemus, nam termini ex oppo. & solutio. satis multi potebunt.

2 Oppo. primo loco, nam omnis obligatio aut est Ciuilis, aut naturalis l. si fideiusor ff. de cond. indeb. l. fideiussor §. fideiussor ff. de fideiuss. quomodo igitur de iure gentium?

Respondet gl. quod potest intelligi de iure gen. 1. naturali §. Singulorum Instit. de rerum diuis. Contra aliud est ius gen. aliud ius naturale, ponuntur enim vt species separatæ leg. 1. §. priuatum supra eadem, & ideo ita exponere congruum non videtur leg. naturaliter §. nihil commune de acq. poss. Bart. respond. quod gl. ita saluari potest; deducta in contrarium dicunt de iure naturali prim. & gl. intelligit de secund. ius enim natur. secund. dicitur & ius gen. d. §. singulorum. Sed oppo. nam si hoc esset seruus qui nihil est de iure gent. supra leg. proxima gl. in leg. si id quod de cond. indeb. non obligaretur naturaliter quod est falsum leg. si id quod, & leg. naturaliter de cond. indeb. Relicta solutione. gl. quę nec Paul. de Cast. nec Bart. nec mihi quoque placet accipio Bart. solutio. dicentis ius gen. constare ex duobus partibus vna quę constat ex iure naturali, vt seruare promissa de quia in leg. 1. in princ. ff. de pactis; Altera ex vsu gen. in prima seruus est aliquid, & ita intilligitur d. l. naturaliter, & dict. leg. si id quod in secunda est nihil, & ideo non potest obligari; Sed nonta quod dictum Bart. de seruis quod nihil sint regulariter procedit, & amplia de iure Ciuili etiam leg. quod attinet de reg. iur. item quo ad acquirendum sibi l. 1. ff. de his qui sunt, vel al. iu. ergo est aliquid, quo ad acquirendum domino §. alienus quoq; Inst. de hæred. inst. Sed regula supradicta de iure gen. fallit in his quæ concernunt vitam ipsius, nam ideo serui dicti sun quia seruantur leg. 4. de sta. hom. & idcirco possunt eis alimenta relinqui leg. seruos ad custodiam ff. de alim. & cib. leg. Item si id quod seruus debebat domino, dominus tanquam incapax acquirere non potest seruus est aliquid vt in naturali obligatione qu ætemanet apud ipsũ vt l. frater a fratre, & i casu l. si deportati seruo ff. de l. 3. Est aliquid quo ad substantiã legati nã substinet legatũ fisco. Erat aliquid & seruus de iure antiquo, & quidem in multis casibus vt bene demonstrat D. Syluester Aldobrand. Inst. de Excut. Tut. vel Curat. in prin. versi. 29.

3 Secundo loco principaliter ego respondeo ad prædictam oppo

nam

nam obligatio alia Ciuilis, alia naturalis est, naturalis quia prouenit a iure naturalis secundum distinctionem Bartoli superius relatam, Ciuilis autem hodie vocatur propter ius Ciuile, olim tamen huiusmodi obligatio erat propter manum regiam pro vt inferius dicemus, ergo non valet dicere Ciuilis obligatio alia, & alia naturalis, ergo & a iure naturali, & a iure Ciuili non a iure gen. proueniunt, quia alia est instinctus quodamodo naturalis, & alia mutauit quodamodo nomen, nam clarum est in emptione esse ciuilem, & naturalem obligationem, & tamen emptio est de iure gen. ergo dicendum est quod fuerit Ciuilis obligatio ante ius Ciuile, sed apud manum Regiam residebat, & postea fuit nuncupara Ciuilis, quia talis actoritas est in ipso iure ciuili cuius vicem gerit, & quia additę fuerunt ad hanc obligationem constituendam multæ res ab ipso iure Ciuili, & ipsum ius Ciuile dedit formulas vt apparet ex tit. C. de form. subl. & alijs infiniti iuris locis, & ideo ciuilis vocatur leg. ius Ciuile hoc nostro tit.

Item oppo. quod omnis oblig. videtur esse de iure naturali propter illud vt beneficienti beneficiamus.

4 Respondent DD. communiter distinguendo, quod duplex est obligatio naturalis secundum id quod dicit gl. in l. sed si lege §. consuluit ff. de petit hæred.

Prima obligatio est inducta ratione naturali, vel gent. quæ fit ex conuentione, seu ex promissione, & hec competit solis hominibus, & cum iure Ciuili fumentatur, & additur obligatio Ciuilis vnde actio leg. etiam ff. de vsu. & ideo hec est illa oblig. quæ cum Ciuili ad producendam actionem se coniungit vt dict. leg. etiam ff. de vsu. & ex sola ratione naturali venit leg. cum amplius §. is natura dedit ff. de reg. iu. leg. fideiussor obligari §. fideiussor ff. de fideiuss. leg. 1. in prin. ff. de const. pecu. & ista obligatio pro vt declarat Ias. triplex est quædam est fumentata a iure Ciuili ad hoc vt producat actionem d. leg. etiam; quædam est non fumentata a iure Ciuili, quæ fit ad liberandum, vt per pactum de non petendo, quo aliquis obligatur naturaliter non petere leg. si vnus §. ne peteret ff. de Pactis; & quædam est obligatio naturalis ad obligandum, vt si tibi pacto nudo promittam centum, & per hanc non eris potens ad agiendum l. iurisgen. §. igitur nuda ff. de pactis, secus si semel cum Ciuili iuncta fuerit, nam tunc poteris agere, putasi per sententiam leg. Iulianus verum debitorem ff. de cond. indeb. ex illa sola naturali potest agi, vt bene ibi Bart. declarat, sed hoc bene verum est, quod per eam non fit compensatio propter exceptionem vt leg. quæcunque ff. de compen. sed

Secundo per definitionem actionis positam Inst. in prin. de Actio. ibi actio est ius persequendi in iudicio & cap. sed magistratus coram quibus exercentur iudicia fuerunt de iure Ciuili l. 2. §. post originem ff. de orig. iu. ergo & actio quae fit in iudicio.

Tertio si actio esset de iure gent. resideret in sola naturali obligatione, ex quo sequeretur quod cum per pactum de non petendo tollatur naturalis obligatio vt l. Sticum §. naturalis de solut. tolleretur etiam actio quae in obstracto remanere non potest, quod est falsum, cum actio remeneat §. preterea Inst. de except.

Quarto adduco tex. expressum in dict. leg. 2. §. deinde vbi manifeste constat actiones inuentas fuisse ab ipso iure Ciuili, quam opinionem puto veram non obstantibus in contrarium deductis.

Primum itaque argum. non obstat, nam ibi non dicitur quod sit naturalis, quia a iure Naturali veniat, sed quia comprehendit accessiones naturales vt bene gl. demonstrat.

Neque obstat secundum, quia procedit quando duo sunt diuersa de nobiliari dicendum est antea, vt bene ex illo tex. colligitur, sed in casu nostro res non ita se habet, nam si habuit originem a iure Ciuili, licet in ipsa actione sit ius naturale in aliqua parte, dicendum est ab ipso iure Ciuili emanare, & praesertim cum actio aliquando sit sine ipsa obligatione naturali, sed cum Ciuili tantum dict. §. praeterea, & idcirco actio originem haberet ab ipso iure Ciuili tanquam principaliori, & ideo dicendum erit illud procedere in diuersis rebus quo ad ordinem scilicet faciendum, sed non quo ad originem probandam.

Nec tertium obstat argum. nam respectu manus Regiae reddebantur vtiles dict. leg. 2. in prin. & vide quae dixi in 2. respon. primi argumenti.

Neque obstat quartum, nam Respon. Paul. de Cast. hic num. 32. quod ius gent. fuit causa naturalis obligationis, ex qua causatur actio, & fatetur hoc Paul. sed non fatetur quod per hoc possit dici ipsam fuisse causam actionis non producendo eam, & sic non fuit causa efficiens, sed propter quam fuerunt productae actiones de iure Ciuili ex causa remota, & non causa efficiens, sed occasionalis extat.

Secundo loco respondetur Clarius, & breuius, quod tunc procederet regula in contrarium adducta, si ex sola obligatione naturali oriretur actio, quod non est verum, sed immo ex sola Ciuili obligatio. actio potest substineri, quod secus in naturali dict. §. praeterea Inst. de excep. & declarat Bart. in leg. 1. ff. de cond. indeb. & in leg. cum quis C. de iu. & facti igno. Immo argumentum

posset

posset in contrarium verti, nam si illud dicitur causa causæ, quod est causa causati, ergo ex ipso iure Ciuili, quod est causa casæ i. ipsius obligationis, quę magis, quam naturalis actionem substinet dict. §. præterea; dicetur igitu actio procedere a iure Ciuili tanquam a causa obligationis efficacioris ad faciendum actionemr quod argum. valet ex contentis in leg. 3. ff. de arb. & hanc opinionem tenuit Bart. Paul. de Cast. & Ias. cum relatis per eum hic num. 48.

Stet igitur ex predictis firma conclusio tex. nostri obligationes fuisse institutas de iure gen. & sic fuisse repertos modos obligandi, nihil enim est aliud instituere obligationes, quam earum dare occasionem, quod factum est propter contractus nominatos præcipuæ, & ideo exemplificauit aliquos contractus in specie, postea vero posuit verba hæc nostri membri, quasi diceret, & alij contractus obligationam hinc inde producentes ab ipso iure gent. venerunt, nam quid est enim contractus nisi obligationis principium? immo nisi ipsa obligtio? tex. est qui hoc dicit in leg. Labeo. 19. §. contractus ff. de verb. sign. & ideo institutæ i. ordinatæ, compositæ, & initiatæ vt ita dicam fuerunt obligationes post quam contractus instituti fuerunt, & prædictis accedit, quia alias multi contractus deficerent nominati in hoc nostro tit. qui tamen proueniunt ab ipso iure gen. qui nec specialiter, nec generaliter continerentur, & ideo res, defectiua esset, & hic est verus sensus, & intellectus tex. nostri, quem sequuntur (licet nullis datis fere rationibus) omnes DD. cum gl. quando exemplificat contractus iuris Ciuilis, & hęc sint satis quo ad huiusmodi membrum.

IN VER. EXCEPTIS QVIBVSDAM QVAE A IVRE CIVILI INTRODVCTAE SVNT.

SVMMARIVM.

1 *EXCEPTIO debet esse de regula.*
2 *Verbum obliga. quomodo summatur.*
Quasicontractus quo iure fuerint inuenti.
Intellectus tex. nostri datur.
Omnes obligationes veniunt de iure gent. sed non omnes contractus.
Contractus de iure Ciuili reperti qui sint.

DVODE-

DVODECIMVM, ET VLTIMVM MEMBRVM.

1 EXCEPTIS quibusdam quę a iure Ciuili introductę sunt. Ad duodecimum, & vltimum huius nostrę legis membrum tandem Deo omnipotenti dante peruenimus, in quo nihil alud fit, nisi aliquos contractus nominatos excipere a regula generali contenta sub prędictis verbis. Obligationes institutæ & ex gl. verificatur intellectus superius relatur ad tex. postquam exceptio debet esse de regula vt notatur in leg. in his ff. de leg. & leg. 1. de reg. iuris, & ideo dicebat dubitando contra gl. Paul. de Cast. huiusmodi exceptio de qua in tex. venit ad illud verbum Obligationes, quod immediate pręcedit, ergo debet intelligi de obligatione, non de contractibus pro vt gl. dicit, cum vt supra dictum est exceptio debeat esse ad ea, quæ regula sunt.

Respond. idem Paul. concludendo quod huiusmodi exceptio & ad contractus, & ad obligationes possit referri, cum illud verbum. quæ. neutraliter ponatur, quare vides verbum. quæ. dicit ipse poni neutraliter, quod verum esse negat verbum. Introductæ vt est in omnibus ff. a me visis, & etiam in Pandectis, quæ hodie Florentinæ appellantur, & ideo verbum. Introductæ declarat verbum. quę & apparet Paul. non bene cogitasse quod dixit.

2 Alio modo poterit responderi dicendo, quod verbum. Obligationes ponatur genenice, & significare possit contractus largo modo, idque superiori membro demōstrauimus, & simul etiam oblig. exempla nota sunt in Adoptione, & in cognatione, & ceteris similibur, nam re vera contractus non nisi obligatio est, & ideo forsan I.C. dixit obligationes, quia videtur magis generale quā verbum. Contractus ad hoc, vt & contractus, & quasi continentur, cum etiam quasi contractus sint de iure gen. vt soluere indebitum, negocia aliena gerere, & similia vt tradit Paul. de Cast. hic num. 31. & ad hæc videas quæ dixi in fine superioris membri, ex quibus satis apparet intellectus nostri tex. nam re vera debet intelligi de contractibus nominatis introductis ab ipso iure gen. & quidem per illud verbum superioris membri videre dicere I. C. & omnes contractus nominati proueniunt à iure gen. exceptis quibusdam, qui proueniunt à iure Ciuili, qui connumerantur à gl. hic, & in §. & ex hoc iure gen. in verbo Penè Instit. de iure nat. gent. & Ciu. & ibi DD. & præter dicta in superiori mēbro addo quia omnes obligationes sunt de iure gen. sed non omnes contractus, vt contra gl. concludunt DD. in dic. §. & ex hoc iure gen. & præsertim Por. & Hoinat.

Hornat. Contractus autem excepti sunt stipulatio §. de constit. Instit. de Actio. Litterarum obligatio, vt Instit. de Litte. oblig. Emphiteuticus contractus §. adeo Instit. de loca. & cond. sponsalitia largitio, seu donatio propter nupitas vt in Auth. vt spon. largit. §. 1. & 2. coll. 1x. isti enim contractus proueniunt a iure Ciuili, ideoq; fit exceptio in huiusmodi membro, quod cum nihil aliud contineat nisi huiusmodi exceptionem breuiter expediuimus vna cum tota hoc leg. nostra, in qua explicanda si quid fnetit (quod Deus O. M. non finat) distans ab Ecclesię præceptis, & monitis Protestor me aliter non sentire, quam cum S. M. Ecclesia. Sique etiam aliquid esset, quod penitus omnibus non placeret, aūt satisfaceret, tamen venia me dignum puto, cum propter ætatem adhuc viridem ad talem non possim peruenisse metam, vt omnibus satisfacere possim, satis tamen sit me in hoc ætate aliquid curare, vt si non ad ipsamipsam peruenire possim, saltem pro meis viribus ad aliquam peruenirem vt interminimos non sim repositus, quod D.O.M. concedat, ad hoc vt R.P. & amicis, propinquisq; auxiliari valeam ad ipsius Omi Dei laudem, & omnium sanctorum.

FINIS.